HADRIANI DAMMAN
A BYSTERVELDT DN.
DE FAIR-HILL,

BARTASIAS;

QVI

DE MVNDI CREATIONE
LIBRI SEPTEM;

E GVILIELMI SALVSTI
DN. DE BARTAS
SEPTIMANA
POEMATE FRANCICO
LIBERIVS TRALATI

ET
MVLTIS IN LOCIS ACVTI.

EDINBVRGI
EXCVDEBAT ROBERTVS WAL-
de-graue, Typographus Regis
ANNO DOM. 1600.
Cum Priuilegio Regio.

SERENNISS. POTENTISSIMOQ.

REGI SCOTORVM

IACOBO SEXTO,

PIETATIS FIDEIQVE

CHRISTIANÆ,

ET INTEGRITATIS EX-

EMPLARI EXIMIO, PARI-

TER AC TVTORI LON-

GE FIDELISS.

P. P.

BRITANNIARVM

PRINCIPI OPTIMO,

HAD. DAMMAN A

BYSTERVELDT

MAIESTATI EIVS SERE-

NISSIMÆ CLIENS DEVOT.

L. M. DD. CSQ.

AD

ILLVSTRISS. POTENTISSIMOSQ.

DNN.

DNN. ORDINES

IN PROVINCIIS GEL-DRIÆ, HOLLANDIÆ, ZÆ-LANDIÆ, VLTRAIECTI, FRISIÆ-OCCIDENTALIS, TRANSISELANIAE, ET OROENNINGÆ, *FOEDERATOS:*

PARENTES PATRIÆ SANCTISSIMOS

HADR. DAMMAN.

IN HISTORIA mihi, tamquam in Veritatis ſpeculo, rerum memoriam contemplanti publicarum, ILLVSTRISSIMI ORDINES, quod vix alij vel tranquilliſſimis temporibus ſuis obtinuerint, Vt Iura, Sacrum, Publicúmq;, & Priuatum integerrimè apud ipſos adminiſtrarentur, eam incomparabili prudentiâ laudem, in

maximi longissimíq; æstu ipso belli, esse vestram, penitùs cognita & perspecta res est. Hîc ipsos testor hostes vestros, qui optimas etiam pacis artes, æquis isthic & sapientibus vestris regnare Institutis; Militarẽ verò fortitudinem & disciplinã, seueris legibus, reuerentiâ, cõstantiâq; vestrâ contineri, palam scire se confitentur. Quidni enim id facerent, publici consilij magnitudine, curâ, vigilantiâ, experientiâque, & victorijs vestris coacti? Nimirum vt Prouincię nunc istæ, Magnanimitatis domicilium, Continentię, Grauitatis; Iustitię, Fidei, addã quoque Felicitatis, meritò passim nuncupentur. Ita profectò se res habet; & ab illis ego quidem longè dissentio, qui dum adulari cuiusquam Magnatis Fortunam possint, ex taxo non oppidum aliquod, sed insulã; nec insulam modò, sed propugnaculis varijs, magnísque, quasi verò totidem opidis infessam faciunt: Ea tamen (vt istius opiduli nomen interpreter) Taxus valdè funesta erat & quidem pudendâ deditione capientibus. O subdolos istos homines ac versipelles! (te Fides & Veritas aduersùs æui huius tàm futiles blanditias, & solo verborum fuco lenocinantes, appello) qui in patriam ip-

ipſorum iamnunc Colonias deſtinant & ſuadent, hominum crudeliſſimorum; quî Ciuibus ſuis fidiculas, exilia, infandas neces ominantur, imò cupiunt & optant. O Machiauellos tolerabiles, præ iſtis Tyrannorum pædagogis! Vident iſti augures, qui Romanam Magnitudinem (ſic Orbis Terrarum miſeram ſeruitutem nominant, Regi ſuo inculcantes, neſcio quod Imperium oriri ab Occidente, Scilicet! Et iſtâ Epicuri ἐπιβολὴν τῆς δ ιανοιας (Lucretius vertit) animi injectu, à juſtiſſimâ cauſâ, quam iſthic palam ſuſceperant ad hoſtes veſtros defecerunt; vbi ne videatur ipſos pœnitere ſui, omnia ibi laudant, & cucurbitas pingunt, conſcientiámq; ſuam in torporem dedêre. Cauête Reges ac Principes Orbis Chriſtiani (nam cum Turcâ ei induciæ potiùs ſemper aut pax) cauête; nam dum iſti palpones oſtentant Impp. opes, & ab vno conſumptos fuiſſe Octoginta & vnum milliones aureorum (nolo enim quemquam antiquitatis oſtentatione remorari) non toto vertente anno; quid niſi Regi ſuo ſuadent (quod iam antea ei, et patri & auo decretũ) vt vos regnis veſtris, quouis modo deijciant; ex iiſq; fontes ſibi pariãt auri & libidinis? nam

nunt, vastitatem infestis terris, & quidem Vicinorum quoque, ad quos ne belli huius vmbra accederet, inferentes. Sed de his talibus erit alibi narrandi locus. Et verò imperium, ORDINES, in Prouincijs vestris tam æquabile est, & tantâ omnium modestiâ temperatum, quantæ nihilominus amplitudo eius & auctoritas honorificentissimè terrâ marique spatiantur. Isthic enim licet liberè, & citra ambitionem disserere, cùm de obscuris etiam rebus & inclutis ad SENATVM V. refertur. Isthic ad opes & facultates publicas deesse videmus prorsum nihil. Boni istic in pretio, in sedémque dignitatis & honoris, virtute, & prudentiâ, tamquam gradibus ascendunt facilimè; singulíque obliti commodorum suorum in Commune, omni studio, operâ, consilio, cum summâ animi integritate consulentes, mentem oculósque in Reip. custodiâ defixos tenent singulari.

Rem ipsam loquor planissimè; quæ multis retro sæculis Ciuitates et prudentiâ & fortitudine se stabilierunt mediocribus, non leges vobis, non instituta, non mores, non iuris publici scientiam præire; sed Fortudinis & Iustitiæ exemplum à vobis pete-

re,

re, manifestò comperimur.

Vbi verò gentium, fortunas suas esse tutiores, ditissimi quique mercatores putant, quàm in vestræ quasi gremio ditionis? Neque adeo id injuriâ. Quæ non enim vrbes in Hollandiâ, Zælandiâque, & alibi isthic apud vos, omni ædificiorum pulchritudine, multitudinéque incredibili, sic à ciuibus suis pariter ac hospitibus vbique complentur, vt pomœria sæpius quàm longissimè prolata, vix fundi satis & finium præbêre videantur? Quæ non ibi nunc Opera publica, eadémque maxima cum omni rerum omnium elegantiâ exstruuntur? Quæ non ibi moles jaciuntur Murorum? Qui non Aquæ-ductûs. Quæ non Turrium Portarúmque magnitudo, decor, & ornatus? Quanta ibi hominum in periculis fortitudo; qui in negotijs labor & industria conficiendis? quàm innumerabilis eorum Frequentia? apud hostes autem vestros quid nisi desertissima solitudo? Fora ipsa, & viæ passim altissimo gramine vel in præcipuis vrbibus cooperiuntur: domus vacuæ sunt & ruinosæ. Quæ, precor, omnia, quid aliud prædicant, nisi juris erga omnes homines vestram æquabilitatem, quæ tot hospitum

ſpitum millia ex omni vndique viciniâ, atq; adeo è longuiquis admodum regionibus tanquam in libertatis Chriſtianæ aſylum, optimos quoſque humaniſſimè inuitarit? Id quod ſpei nos & animi impleuit, fore, vt CONCORDIA & FOEDVS veſtrum maiorem cottidie potentiam, nomenque, & amplitudinem pietatis conſequantur; Pietatis, inquam, & ſummi erga Patriam Amoris. Quæ non enim vrbes à vobis ſuperatæ, ex penuriâ, miſerrimâque ſeruitute, ad tranquillam libertatem, & omnium penè rerum copiam, bonitate veſtrâ & auxilio peruenêre? Non equidem à victoriâ veſtrâ illud Gallorum quondam Regis in Romanos, QVID NISI VICTIS DOLOR? Imò quid non potiùs lætitiæ obtigit, & ſtatûs longè melioris? A quibus profectò omnibus, poſt difficillimas interdum obſidiones, non ambitione, ſed miſericordiâ potiùs ſuſceptas, muris iamnunc tormentorum vi proſtratis; aut per cuniculos diſjectis; præſidij tamen animis adhuc feroculis, cùm milites eas veſtri irrumpere, & qui Martis, quod aiunt, campus eſt, propugnantes cædere, ac diripere arderent; eorum tamen animos, & cupiditatem acerrimam prudentiâ, auctoritatem

tẽque & diſciplinâ ſic inhibuiſtis, vt quæ obſeſſis loca patebant expugnandis, non niſi clementiæ ac pietatis fores fuiſſe, vel inimicorum ſuperbiſſimæ mentes tandem domitæ, palàm nunc & ingenuè confiteantur; maximíque eorum exercitûs, qui à tergo militibus veſtris, citra inuadendi audaciam tamen, imminebant. Teſtor Gertrudis-Bergam, aliáque opida à vobis capta. Vbi denique imago pacis expreſſior, quàm in Prouincijs tam difficili bello tamdiu vexatis? vbi Vrbes & Agri toto artium genere, ac mercaturis magnis & copioſis florentiores? Vbi agricolarum et ruſticantium huberior conditio, aut etiam tranquillior? Nam illud (quod vos falſum eſſe oſtenditis) SILERE LEGES INTER ARMA: Marti item nihil eſſe cum Muſis: Vbi maleficia iuſtiùs, vbi celeriùs puniuntur? Vbi ſtudiorum Vniverſitas longiùs latiúſque per Scientiam, ſpatiatur? Vbi ingenia optimarum artium ſtudioſa vel pluria, vel præſtantiora? Cùm enim Iani ædem, bellorum temporibus patefecerint illi quondam fortes Romani; Vos Muſarum januas, in medijs ipſius belli tumultibus totas aperuiſtis. Nec minùs tamen Iani, vt ita dicam, biſores patent valuæ

luæ apud vos; estis etenim in omnem virtutis occasionem, domi militíæque non modò perspicaces ipsimet, sed foris etiam in statû-publico oculos & aures habetis, Legatos & Agentes vestros; quorum in numero quod me apud Serenissimum Regem Scotorum esse voluistis; habeo equidem DOMINATIONI VESTRAE gratiam; in omníque vitâ maximam prædicabo. Nam qui hodiè vicini PRINCIPES amicitiam non magnifaciunt vestram, fidê & officijs erga se, aut horum in alios exemplis; tum CAVSSA ipsâ tam bonâ, tam honestâ, tam justâ, tam piâ prouocati? Quem sanè Regem Scotiæ Serenissimum si ab indolis bonitate, vt meretur; Si à sapientiâ, fortitudinêque supra ætatem admirabili; Si ab ingenij acrimoniâ, & viuacitate; si à moribus verè Christianis; quibus omnibus omnino ornatissimus est, instituerem prædicare, liquidò dicam; imparẽ sentio esse me singulis bene explicandis. Nam quicunque paullò saltem eruditior, Regis huius sermonem vel in colloquijs audiret (quod de me quidem habeo jure gloriari) vel in Iudiciorum consessu, vel in Ordinum Comitijs, tam latum quandoque, & ornatum, quàm prudentia

dentiâ ſemper & eruditione conſpicuum atque inſignem: Si quis in eo, quam conſecutus eſt, omnium magnarum rerum atque artium ſcientiam diſtinctè conſideret, quam tanto cum ingenij acumine; tantâ verborum elegantiâ & prompitudine ſolet de promere, juratus, credo, ac libens meritò diceret, Similem illius alium hodie PRINCIPEM vix poſſe cogitari. Mitto peritiam Regis & eloquentiam; mitto mores, & felix ac fauſtum quod propriè verêque dicitur, Piëtatem, inquam, erga Deum, vitæque ſummam inter homines Integritatem; Quid tranquillitas illa animi & vultûs tam grauiModeſtiâ, tam modeſtâ Grauitate temperata? vtinam ei vnum inſpiret porrò Deus, Minus eſſe LIBERALEM!

Nemo Rex vnus, vt opinor, tot regijs & militaribus exercitijs (Quid nî enim talia haberi curſûs equorum, lanceę, venationes, aucupia debeant?) quodquod à Ciuili adminiſtratione vacuum, Aëris vel minus bona ſæpe temperies tempus dederit, tanto labori tam patienter impendat. Defatigari non poteſt, non cujuſquam induſtriâ & fortitudine ſuperari. Tum quotiens Rex ille apud me, alióſque quam-plurimos, cùm ſa-

pien-

pientiam, fortitudinémque vestram in constituenda Rep. & omni virtutis ac bonorum genere ornandâ, tantopere admiraretur, totiens DNN. Walrauium à Brederode, Liberum vrbis Vianæ Dominum, Vice-Comitem Vltrajecti, & C. qui nobilem illam BREDERODIAE familiam ducit, vnde tot semper Viri-fortes & magnifici exstitêre, genus à vero atque alto sanguine Comitum Hollandicorum, digniſſimè dilaudauit: Nec minùs etiam Iohannem ab Olden-Barneueldt, Dominum de Tempel, Statûs Aduocatum, & cuius in fidê Sigilla Hollandiæ ac Frisiæ-Occidentalis, tam celebri antiquæ integritatis & prudentię famâ cognitiſſimum: Totiens item atque adeo sępius prædicauit Iacobum Falckium Dominum in Catz, Zælandiæ Thesaurarium Generalem, & Statûs Consiliarium: Tum etiam quos ex anteriore ad ipsum Legatione vestrâ nouit Sereniſſimus Rex, Leonardum Voechdium in Summa Hollandiæ Curiâ Iudiciali Consiliarium: nec non etiam Iohannẽ Vander-Warck, Ordinum & Statûs Zælandiæ Pensionarium Assessorem: omnes apprimè bonos, ac prudentiâ præstantes Viros, optiméque de Rep. merentes, or-

na

natissimè sæpius commendauit. Sed quid nî vulgariter sic loqui licuit, vt intelligerer meliùs, & æui suas Dignitates ne obscurâ Antiquitatis imitatione inuoluerem? Ex ijs autem Rex, quos norat bene ipsemet, de omni illo ORDINVM SENATV, principe, salutis nunc, mentísque publicæ; qualis esset, & ex quibus Viris, quàm sapientibus ad Reip. Ordinationem & custodiam, facilè, dicebat, se vidêre: quorum singuli ingenio, eloquentiâ, animi magnitudine, fidê, & studio plurimùm valerent, multarũ grauiúmque experimentis rerum per omnem ferè vitam exercitati; qui res futuras ex præteritis prospicere; sæpe insidias vitare; sæpius hostilem impetum sustinêre, tam prudenter, quàm fortiter potuissent. Quorum denique animus cujusque egregius, & veræ amantissimus virtutis, nec non iudicij permaturus, sine omni leuitate & impudentiá, soliûs patriæ ac fidei summam haberet rationem.

Illud quoque eximiæ felicitatis vestræ esse iudicabat Sereniſſimus Rex, quòd non solùm consilio & potentiâ floretis ipsimet, sed quòd talem Exercitibus vestris, terrâ marique Principem, pro vestrâ incompa-

rabili prudentiâ; auſpicijs optimis ad Reip. ſalutem, præpoſuiſtis; qui tam animi ſemper-vigilantis fortitudine, et prudẽtiâ, quàm illuſtri rerum geſtarum gloria, cum præſtantiſſimo quouis Principe ac Duce; vel citra inuidiam poſſit jam nunc comparari. Quid etenim militum veſtrorum ſingulari illa, & pœnè incredibili virtute celebrius? Quid ipſorum obedientia & alacritate in rebus omnibus, ad ejus imperium promptius? Quid porrò claſſiarijs veſtris, vel extra maritimi muneris ſui limites, celerius, efficacius, ordinatius inveniri poſſit? Qui tormenta belli maxima, fluuiorum altiſſimos latiſſimóſque celerrimè traijcere; qui paludes, ſtagna, in itineribus periculoſas voragines ſuperare, eius quaſi Genio duce facilimè potuêrunt? Tanta, inquam, eſt omnium, pro patria, & cauſa optimâ, agilitas, & deſtinatio etiam mortis, vt nihil hîc mercenarium, ne Peregrini quidem ipſi milites veſtri habêre videantur.

Sed vt eò tandem redeam, vnde Sereniſſimi Regis familiaribus iſtiuſmodi ſæpe colloquijs per occaſionem digreſſus ſui; Illud denique in Rep. veſtrâ Sollenne eſt Romanorum; Æternus nimirum Ignis, tam

viigli

vigili ſemper cura & religione, publicè ab ipſis, veluti arcanus quidam cuſtos Imperij conſeruatus. A vobis autem verè (non qui ab illis) & diligenter etiam excitatur, ac fouetur. Evangelii enim Veritas radijs vndique quaſi Solaribus circumfulgens in aureo Quadrigarum curru honorificentiſſimè iſthic triumphat.

Tum nequod vobis officium deſit pietatis, quanta iſthic vis pecuniarum, ſummâ liberalitate publicâ, incredibili hominum ſingulorum, in bonos vſûs confertur? Quæ enim iſthic Ciuitas tam puſilla eſt, quæ non Xenodochîum elegans, magnum, atque inſtructum rebus ibi neceſſarijs: quæ non Valetudinarium intra muros; non Hierocomium propiùs ab vrbe habeat, annuis fructibus & quidem huberrimis locupletata?

Vbi non pauperculi ſenes; vbi non viduæ ſeorſim egentes bene honeſtéque aluntur? Vbi non pupilli à fortunis inopes, ad artiũ etiam omne genus liberalium publicis priuatíſque ſumptibus diligentiſſimè eruditur?

Quis igitur ſit tam inuidus, qui cùm Remp. veſtram conſpexerit omni virtutum gene-

genere, florentiſſimam, bellíque artibus,& pacis legibus verè triumphantem,non confiteatur,Dei manum Ipſius porrectam vobis palàm opitulari? Ad tanti enim hoſtis Imperium,Fines,Copias, Opes,Conatûs, & obſtinatam paratámque ab omni armorum potentiâ nocendi Cupidinem, tot maliuolis & magnis ab ingenijs incitatam, fundus veſter quid niſi terræ punctus eſt, et facultatis? ſed diuinæ iſtud erga vos beniuolentiæ, (quod iſti non intellegunt) magis declarandæ; id quod ſoli vident illi oculi,non qui Caput iſtud Mundi inſanientis, & immundi, auctoritate ſacrâ non Impijs ſolùm, ſed verè Imperitis quod præeſt, intuentur,aut venerãtur; ſed qui vnicũ Veritatis & Salutis Solem IESVM CHRISTVM.

Duabus itaque columnis illis qnàm diu Reſp. veſtra æqualiter innitetur,

RELIGIONE ET IVSTITIA,

optimi vobis Statûs publici, priuatíque ſpondeo æternitatem. Quæ quidẽ hæc talia breuiter hîc,vt locus tulerunt & propoſiti modus,perſtringere non veſtra in me beneficia,(quæ profectò tamen permaxima ſunt) ſed quæ ſupprimi nullo pacto poteſt,clariſsima Veritatis ipſa ſpecies me coêgit. Iſtud

utem

autem, animum mihi maximè mouit meum vt ad opis veſtræ copiam me conferré, Operæ huic méæ, non Operi, vt quoddam veluti amuletum, aduerſùs æui huius venena compararem. Quot enim hodie paſſim maliuoli ſunt, & inuidi, quorum hæc ſedulitas eſt, & vnicus negotij ſcopus, non vt animum & manûs ad ſcribendum aliquid & elaborandum collineent ipſimet; ſed aliorum pios etiam conatûs eleuare, ac contemnere, aut maledictis etiam, & contumeliarum aculeis pertundere non deſiſtunt. quas quidem ego tineas, & hirudines angam facilimè, ſi fauoris veſtri aura mihi aſpirauerit ſolens: quod voveo,

ILLVSTRISS. POTENTISS. ORDINES

Et Deum precor Opt. Max. vt veſtræ porrò Virtuti ad Eccleſiæ ſuæ & Reip. incolumitatem, magis ſemper ſtabiliendam, opitulari ne deſinat in ſempiternum, Valete: Edinoduni Scotorum IV. ID. Februarias, ab IESV nato, M.DC.

ΘΕΟΦΙΛΟΣΟ ΑΔΡΙΑΙΞΟΥ
ΤΟΥ ΔΑΜΜΑΝΟΣ.

Παυδημὶ πολεμον πολημίζων πατριδι γαιῃ
Μιν πολιορκησεν λιμοφορμος Αρης.
Λιμοφορμος Αρης δεκα μιλιων ποικιλομοχθοις
Πημασι πημήνεν κὴ δ' ὑπεραλλομενον.
Μευ δε πατηρ τοσσῳ μειζων ατυχηματος ἦεν
Μεσσηγὺς πολέμῳ δυσπολεμιος ανηρ.
Σαλπιγγος πασης ἀτρομος τλων ἱς ἐπιπνευσαι
Πωποτ', Ενυαλιῳ, τισιφονη τε φιλεῖ.

Idem THEOPHILVS Hadriani F. Damman à Bysteruelt.

ÆRumnas Patriæ Immanes cùm sæpe recordor,
Chare pater, mentem vi quatit ira meam;
Quòd non vnanimi, tot fortia pectora ciues
Nobiscum Patriam sustinuêre manu;
Turem consilio gessisti, & viribus; aui
Vt ferret grauitas; mî manus acris erat,
Acer & obiectos, quòd currere primus in hostes
Non vnus Celerum Signifer esset equus,
Sæpe mea insignis tetigit præcordia virtus,
Et potior vitâ laus mihi visa fuit:
Tu, Pater, interea, pacis, mediúsque duelli,
Ipsum etiam Musas inter Ad arma colis,

Inuidiaque odio, Terram per, & æquoris vndas,
Ac gemini incedis clara per ora poli:
I nunc, & doctas cinge obsidione Sorores,
Te, Mars, inuito per loco quæque volant.

Hæc scripsit annos natus septemdecim, in patriæ obsidione, Equitum Vexillarius.

In V. C.

HADRIANI DAMMANIS

A Bysteruelt, Fœderatorum in Belgicâ Ordinum, apud Potentiss. Sereniss imúmque Regem *Scotorum Legati.*

BARTASIADA

SI cunctas rutili reuolubilis Orbis Olympi,
Et fabrica alta Sali, machináque ima Soli;
Cunctáque, quæ rutili complectitur Orbis Olympi,
Tum contenta Salo, tum vegetata Solo;
Huic vel præcipuè fini sunt condita, tanti
Vt testentur opes, atque opus Artificis:
Siq; ea quo possunt pacto, & ratione, Supremi
Auctoris memorant, concelebrantq; decus;
Síque sua Microcosmus Homo carissámque scopumq;
Hunc vnum vitæ, & conditionis habet;
Vt Domini decora ampla sui, vim, numen, honorem
Prædicet, ac pleno pectore, & ore sonet;
Præclarè ille SALVSTIADES; *quando alite sacro*
Vasta superuectus tanti Operis spatia;
Lucidáque Astriferæ transcendens culmina Molis
Et summi penetrans extima templa Poli;

Lustrat & illustrat sensu, calamóque, Potentis
Facta CREATORIS, *non memorata aliis:*
Tu quoq; præclarè, DAMMAN; *qui Numine rectus*
Hâc graderis felix, prægrederísque viâ;
Vt quæ Francigeno cultu decorata nitebant,
Nunc Latio niteant cultu, & honore magis;
Cultu, quem totus Doctorum amet, æstimet Ordo;
Nostráque, & aternùm Secla futura probent:
Quo patrias inter curas, & munia Belgi,
Et patriam exornas, & studia alta colis;
Perpetuísque DEI *Numen dum laudibus effers;*
Perpetuâ nomen laude tibi ipse paras.

Bald. Berlicomius.

AD CLARISS. ET VERE NOBILEM Virum HADR. DAMMANEM, *Illustrissimorum* ORDINVM *in Belgio fœderatorum, apud Scotos Legatum.*

REmitto ad te, Clarissime Vir, POEMA tuum verè Sacrum & Magnum; Vtinam qui tibi animus in communicando fuit, eadem fuisset temporis benignitas mihi ad vsuram. Lustraui tamen in hac temporis breuitate, loca quædam quodam dilectu; exorsus ab ipso Mundi primordio, in Suprema eius, felice Carminis tui alite subuectus; ibíque immensam & adorandam Maiestatem DEI Conditoris sum contemplatus. Tantum Mysterium tam sobriè, tam grauiter, eâ Carminis maiestate, & copiâ tractari potuisse tam admiror, quàm Fidei amplector veritatem: Prouectus ad Decretorium illum Diem Summi Iudicii; cuius magni-

magnificentiſsimam deſcriptionem attexis. Hæc me detinere potuerunt illo rerum pondere, hubertatéque & felicitate dictionis; explêre tamen animum nequaquam; qui legendo ſemper exarſit magis. Decurri tandem ad extremos vſque Libros; in quibus parem quoque animi tui ardorem, qui ab initio, nec quidquam remiſsiorem Carminis ſpiritum animaduerti; cùm tamen fatiſcere tempus eſſet, idem tibi nihilominus vigor, & vis mage valida quodammodo mihi viſa eſt creſcere. Ita me cepit dulcedo Operis, & tui, inter aliâ, cantus Arionis, vt me expedire non potuerim, cùm reliqua ad iter mihi eſſent expedita. Character ipſe, & filum dictionis, ſi veſtis etiam & elegantia abeſſet carminis, in tali argumento ſatis tibi ſint ad ſolidam verámque nominis laudem. Omitto cetera tibi in os non differenda. Ego vt ſecundam opto famam laboribus tuis; ita felicem tibi Veneris iactum in hac aleâ; & optima iudiciorum auſpicia non dubito augurari. Habe interim à me hoc quidquid mihi natum eſt inuitis pœnè Muſis; Crudum vides & indigeſtum. Vale.

T. IOHANNES IONSTONVS.

IN HADR. DAMMANIS A BYSTERVELT POEMA SACRVM

QVàm variè Natura potens ſeſe explicat, omni
Parte nitens, Summi ſummum Opus Artificis;
Quæ ſpecies, decor, ornatus, quæ copia rerum!
Qualis & ô variâ ſplendor in arte micat!
Tam variè DAMMAN *Naturam ediſſerit omnem*

Enti-

Eutheus, Auctorem concelebrátque DEVM;
Quoduce templa DEI, *superiq; per ardua cæli,*
Scandit, & audacem fert super astra lyram;
Iámque nouum Mundo Mundum Sol aureus infert,
Atque renascenti sera senecta cadit;
Grande Magisterium arcanos expromere sensûs
Naturæ, ast vltra tendere, cuius opus?

II

Mæonidæ miramur opes, mentémque Maronis,
Et tantos meritò quisque stupet Titulos;
Attamen hoc si cernat opus DAMMANIS, *vterque*
Hos magis in Titulos ambitiosus eat.

Iohannes Ionstonus.

IN CLARISS. V.
HADR. DAMNAMIS A BYSTER-VELT DN. DE FAIR-HILL.

SEPTIMANAM

MENS totum ex nihilo quæ MVNDVM existere iussit
Non nisi in effectis percipienda suis,
Se, tanquam in speculo, vult contemplemur in illis?
NVMINIS, vt pateat, gloria quanta sui est:
Ergo Operum immensam DIVINA POTENTIA Molem,
Scire quibus struxit si capiare modis,
Perlege facundus quæ Sacra Poëmata DAMMANI
Eloquio tali scripsit in Elogium:
Credo equidem, haud alius tam dulci hæc condere versu
Nec scatebrâ ingenij limpidiore queat.

LAZARVS MARQVIZIVS
Rei medicinæ C.

IN DOCTISS. V.
HADR. DAMMANEM ABYSTERvelt, Domin. De Faire-Hill.

QVæ lux auricomi præcessit lumina Solis;
Cælestésque Oculos, cuîque instant Omnia, Tellus,
Qui reliquis Titan diffundit fulgura stellis;
Quæ Pelagi illudunt vndis; per Inane Animantes
Quæ volitant, tremulóque canunt modulamine siluas;
Denique IMAGO DEI, *dominis qui cetera frænis*
Omnia compescit, Ponti, siue hospita Terræ,
Factus HOMO: *Sed* DIVINÆ *perfecta diebus*
Singula VIRTVTI, *casto* DAMMANIS *ab ore*
Pura fluunt, Latiaq́, aures dulcedinis implent:
Ergo immortales meritis pro talibus illi,
Omnis agat mecum Doctorum natio grates.

THOMAS IACCHÆVS E SILVA
Caledoniâ Orientali.

IN CLARISS. V. HADR. DAMMANIS BARTASIADA.

GEORG. RATALLERVS

INventi felicem animam? cui Delius ignem
Depluit Ætherium, & scatebras patefecit Olympi?
Es felix, inquam, BARTASI, *quem cælitis ardor*
Impulerit flammæ; patrijs celebrare Camænis,
Suauibus, altisonis, SVMMI *tot Facta* PARENTIS:
Sed te quòd Musæ Latio DAMMANIDES *ore*
Extulerunt, Mundique oram cecinêre per omnem,
Et spatij, & fama, & longè es felicior ani.

V. N.

HADRIAN. DAMMANA-
NI A BYSTERVELDT
D. N. DE FAIREHILL.

APVD SERENISS.
SCOTIÆ REGEM.

DNN. ORDINVM IN BELGICA
FOEDERATORVM.
LEGATO,

QVOD INGENIOSISS. VTILIS-
MIQVE.

LABORI SSVI,
ET DIVINÆ CONTEMPLATIONIS
IMMORTALI MVNERE
NOS PARTICIPAVERIT
NOMINI EIVS, ET AVCTORITATI
DEVOTVS
THOMAS SIGÆTVS
L. M.
EDINODVNI SCOT. A D. IV.
KAL. MAI.
AB IESV CHRIST. N.
CIↃ. IↃ. XCIIX

IDEM

VAstabat cuncta horribili Bellona flagello,
Quà Lysa, & Scaldis, Legiáque vrget aquas,
En tamen arma inter media, assiduósque tumultûs,
Carminibus reperit Calliopæa locum,
Intus enim templo sedit DAMMANIS, & istud,
Hostibus inuitis, indigitauit ebur.

IN CLARISS. V. HAD. DAMMANEM A BYSTERVELT DN. DE FAIRE-HILL

DVm calamo vanos alij meditantur amores
Aut Regum, aut simili cum leuitate, suos;
Deducuntq́, alij blando sub pollice carmen,
Mollis adulantes Sardanapali animam;
BARTASVS *immensum canit* OMNIPOTENTIS *honorem,*
Et Patrio ambrosium spargit in Orbe melos;
Ast HILARI-MONTIS *Dominus* DAMMANIA *proles,*
Suauius Ausonio nectar ab ore pluit;
Nec Sacra hæc quenquam vestire Poëmata cultu
Tam posse eximio, Rex mihi testis erit;
At qui Rex? magnos bene qui censêre Poetas,
Et potis illustres Palladis arte viros.
Hûic Regi, atque alijs, pollent qui iudicis acri
Ingenio mentis, se probat istud Opus;
Sed multò melius, pictæ quod vestis obrizum
DAMMANIS *rutilat, ceu Phrygionis acu.*

Ioh. Syringius Turingis, Sereniss. Scotorum Reginæ M. A.

IN N. V.
Hadr. Dammanis à Bysteruelt D N. De Faire-Hill.

BARTASIADEM

CVm Numeris Nerui, & fulgens Candore Venustas,
Quattuor eximij sunt ornamenta Poëtæ,
Victuríque Operis Genius, quem ludere docti

Versibus

Versibus in nitidis video DAMMANIS, & omnes
Impleuisse boni numeros, & commata Vatis:
Magnum Opus, & magno dignum Viro, amabile quondam
Quod, scio, erit cunctis, nulla quos cuspide Liuor
Attigerit, docilemque dabunt qui Vatibus aurem.

Dauid Kainzæus N. Abredoniensis.

Ad N. V.

Hadr. Dammanem à Bysteruelt D N. De Faire-Hill.

Εικόνα θεῖον ἐνοῖο Θεος θνητοῖσιν ἀνοίξων,
Κοσμον ἑοῖο κατοπτρον ἐῇ ἐκπραξαλο χειρί.
χειρὶ Θεοῦ κτισθεῖσα, θεῖον βροτοὶ ἐλλαβε φροντὶς
Δευτερα ΒΑΡΤΑΣΙΟΝ, χὴ Κοσμῴ, κοσμον ἔθηκε
ΒΑΡΤΑΣΙΟΣ, κοσμῳ κοσμήτορι ἴεμζοτη ΔΑΜΜΑΝ
Κοσμον κοινον ἔδωκεν ἐυαγγελος ἐκ ΔΙΟΣ Ερμης
Ωστε Θεὸν πρωτεῖα φέρειν πρωτεργον ἁπάντων:
Τις δι δυοιν μετὰ τονδε το δ ὑτερον ἆθλον ἀποισει,
ΒΑΡΤΑΣΙΟΣ σφετεριζομενος σφετεροισι πολιταις
ΗΔΑΜΜΑΝ τῷ παντεσσι γραφων κοσμοιο πολιταις
ΒΑΡΤΑΣΙΩ πολύ μὰν σφετερει, ΔΑΜΜΑΝΙ, δε παντες.
Παντων ΒΑΡΤΑΣΙΟΞ ΔΑΜΜΑΝΙ πλεῖστον ὀφείλει.

II

FRancia BARTASII genio iactabat alumni,
Musas esse suas, esse Helicona suum,
Vidit, & inuidit Francis tantam æmula laudem
Flandria, DAMMANO iure superba suo,
Men' DAMMANE meo spoliatam cernis honore
Et tamen occluso longius ore taces?
Quinnimis ah patiens ingrata silentia rumpis,
Asseris & laudes vindice voce meas?
Dixerat, & dicto citius, se colligit ille,
Cum faciles vltro sensit adesse Deas,
Iamque triumphantem sua per vestigia recto
BARTASIVM insequitur, consequiturque pede,
Tune illis, inquit, spoliis indutus & armis
Ausoniæ ereptis, eripiere mihi?
Protinus hic calamum pectus demersit in imum,
Et mira Sensus abstulit arte Sacros,

Ille

Ille suas alium rapuisse Promethea flammas,
Et sibi miratur se potuisse rapi,
Victus, in hoc vno vincit tamen, igne calores
Victos esse suos, sed tamen igne suo.

Robertus Naunton N. Cantabrigiensis

AD VERE NOBILEM V

Hadr. Dammanem à Bystervelt Regium in Scotiæ Historiæ & Humanitatis Professorem.

NVnc licèt Arctoo degis sub sidere DAMMAN,
Egregiæ in patriâ Nobelitatis honos.
(*Nam quis* DAMMANES, *magnæ qui stemmata Gandæ*
Legerit, in Primis nolit habere Viris?)
Non tamen Arcadij flamma est fulgentior Ignis.
Nominis exoriens quam nitet aura tui,
Et meritò, Quis enim Scotis peregrinus honori eius
Aonij tantum parte laboris habet?
Regia quis talis eloquio subsellia Doctor
Illustret? fateor, non mihi visuserat.

EN tibi, Clarissime Vir, ex itinere, amoris, & obseruantiæ in te meæ monimentum. Salui Æram peruenimus, vnde soluturi Dublinum versùs in Ierniam, ventum & idoneam nauem habemus; DEVS nobis peregrinationem hanc porrò fortunet bene. Amicitiam, cuius mihi fores in Scotiâ apertas fuisse, id quidem imprimis triumpho, curemus æquâ vtérque partem. Tibi autem de me omnia, quæ ab obseruantissimo tui homine proficisci possent officia certò promitte; nam id virtus mereturtua, cuius honorificentissima mentio apud Glascoæ Professores, mihi crede doctissimos viros, & amantissimos tui. Sed quod vidi, quòd gustaui Bartasiados Opus tuum, sine, quæso te, lucem vt videat breui; & quam mouit saliuam mihi, plenè expleat dulcissimus sapor. Vale Clariss. V. & ab Nobili meo Ioh. Petro Hainzelo à Degerstein, Augustano, Salue; eadémque tibi hæc omnia pollicêre.

Tui obseruatissimus Caspar Waserus *Tigurinus.*

AD NOBIL. ET VIRTVTE PRÆstantem V. HAD DAMMANEM, A Bysteruelt Regium Profeſsorem

O mihi non auro contrà, non diuitè gemmâ
Mutandum hunc, quo te cerno, HADRIANE, *DIEM!*
Nunc mihi tot Gandæ, tot Brugis facta videndæ
Vota cadunt; mî nunc, Scotia, tota placet;
Ganda mihi haud vno exhibuit ſpecularia templo
Maxima, DAMMANÆ *numera priſca* DOMVS:
Vtque paludati pictis DAMMANES *in armis,*
Teſtor IOHANNIS *numen in æde ſuum,*
Heîc RVBRVM *vidi multa inter ſtemmata* CASTRVM,
Armigeræ veſtis quo litus albor erat:
Vidi BETTIADAS; BORLVTOS; *ducere* TRIESTAS
De DAMMANINA *nobile Matre genus:*
Quid tibi Comarchas atauos, & ſtemmata laudem,
Qui, te ſi video, vix ea noſtra putas:
Sed tria plùs Charites, & ter tria numina Muſas
Deueneror, DAMMAN, *depereóque tuas:*
Non modò quę ambroſium ſpirant in carmine nectar
Oris vt eximiè vim poliêre tui!
O mihi non auro contrâ; non diuite gemmâ
Mutandum hunc, quo te cerno, HADRIANE *Diem!*

IOH. FRIDERICVS à Metzenhauſen Lutzenburgius

AD CLARISSIMVM V. HADR. DAMMANEM.

SIccine vt immotâ præſtes te mente ſeuerum,
Perpetuo damnans carcere Pierides?
Indignum facinus! Dimitte, aut iam ecce quiritor,
Inque tuum ciues ſollicitudo caput,

Non

Nónne audis claras permiſto murmure voces
Ingruere, & Muſas Vrbis in ore tuas?
Laxes clauſtra precor, vel te, Clariſsime DAMMAN,
Inuito, lucem curriculúmque dabo.
Nam teneo Exemplar, nec id vnquam reddere coner
Vis citò nî Muſis æquior ipſe tuis.
Dixi, nec fallam; vel tu mox vincla leuabis
Virginibus, nimium quas remorare, tuis,
Vel nuptum Ingenijs (Iunonis vincula iuro)
Ipſe, velis, nolis, iam dabo ſupplicibus.

Lucas Wyngarde. G.

Ad Clariſſ. Diſertiſſimúmque V. HADR. DAMMANEM à *Byſterueld.*

MVlta ſolens doleo vitioſi opprobria ſecli,
Optime Amicorum, teſtor vtrúmque oculum;
Inſidias, cædes, o dijque incenſa venenis
Bella, quibus pariter omnia bella ruunt:
Quæ fuit vlla vnquam tot Religionibus ætas
Docta magis, veræ ſed pietatis iners?
Quo caſu cecidêre Chori, ſacratàque Muſis
Otia, & inſignes quo cecidêre Viri?
Excuſſis plebeia furit petulantia frænis,
Et libertatis neſcit habêre modum.
Vixit Amicities, fidei commercia caſtæ
Exſiliêre hominum præcipitata Solo;
Cetera quid longis ſequar inueterata querelis
Et tibi nota æquè flagitia, atque mihi?
Tu tamen interea, fatis licèt actus iniquis

Versus ede tuos Obsidionis Opus:
Francia dem dico Hebdomadam, ubi GANDAVENSIS
Quam denis peperit mensibus OBSIDIO,
Quidnam etenim egisses patriæ in fatalibus undis,
Cùm miseram regeret plebs male sana ratem?
Nec tamen à clauo potuisti totus abesse
Arma recognoscens, Præsidiique Duces.
Tempore tam duro patriæ, tot in agmine rerum,
Perpetuisque habitans sollicitudinibus,
Ingenti tamen vsque animi pietate ferebas
Hippocreniados lenia sacra Deæ.
Ede igitur, te hoc obtestor, Dulcissime DAMMAN,
Ede Maronæis quæ tibi facta modis.
Non, tua Virgilijs, non Caris gloria cedit,
Non, si rumpatur Zoïlus inuidiâ:
Me vide, Apollineæ crescunt tibi præmia frondis,
Quam reliqui æternus temporis hortus alet.

Petrus De Vriend

AD CLARISS. V. HAD. DAMMAN.

Oratus totiens mihi, pollicitúsque frequenter
Tandem, age, da Hebdomadem, magne poeta, tuam
Cur premis, atheriamque tuis dare fœtibus auram
Ingenio cessas inuidus ipse tuo?
Quid vereare, scio, Nihil est: Monûmia quamuis
Musa fuit quámuis tempore Volca prior,
In medium laus est: Nec tu certare duobus
Quæsieras, alium nescius esse aliquem,
Qui Bartasiades Romam traducere Musas,
Et Latiâ Francos vertere veste sinûs,
Præceleranque volubilibus decurrere rythmis,
In numerum vellet constituisse pedes.
Tu desperatis patriæ in discrimine rebus,
Cùm neque consilio, nec locus esset opi,
Cœnibus vt studijs, Musarum opecatus honori,
Præsentem exires pectore tristitiam,
Ardua stellantis scandisti ad mœnia Mundi,

Gasconidos Musæ præpete vectus equo.
Vnde auidas rerum transmittis lumina fines,
Artificésque DEI deuenerate manus.
Quidquid enim Tellus, quicquid Ponti æquora, & Aer,
Flammeáque AEtherij continet aula Iouis,
Impete percurrit calido pia Salluſtinè,
Laudibus aſpergens Maxima quæque ſuis:
Tu paribus, DAMM N, mulges clangoribus auras,
Dans ſimiles gyros, remigiique vices.
Ergo age Pierij veniant in luminis oram,
Quæ nimis indignâ conditione premis:
En tibi maturos doctrinâ ex hubere fructus,
AEternaque ipſas ſpondeo laudis opes.

IOHAN. METELLVS Sgenanus

QVid? vt dolor tibi tuas ligauerit
Rigente vinculo manûs? vt omnia
Sinas jacêre pulueris ſitu obſita,
Apollinarium dicata Virginum
Nouemplici Choro, Diiſque ceteris,
Sonora quos juuat chelys? nouis, iô,
Poeta mens tibi incaleſcat ignibus.
Vel illa ſpes vbi Æuiternitatis eſt,
Calórque veſter entheus? cruces, ſcio,
Malæque pectus vlcerant moleſtiæ:
Piget, pudetque, (& hoc ſcio) Tribulium,
quòd implicare moliuntur impijs
Solum hoſpitale murmurationibus,
Miniſque plebis, ac furente dexterâ
Scelus patrare inexpiabile vllius
Obliuione, gratiáue temporis.

Graues omitte mentis ægrimonias,
Dijs amicus; & solente dexterâ
Repone de Creatione TOTIVS,
Domo quod abdis, elegans, superque, Opus.

Franciſc. Nanſius. Brugenſis.

AD CLARISSIMVM ET DOCTISSIMVM VIRVM HADR. DAMMANEM

MVltum Aganippæo madefactus labra liquore
Inclyte vir, Clarij deliciumque Chori,
Quis magè te dextro modulatur Apolline carmen
Doctius, vtilius, dulcius & melius?
Carmina, qui dubitat, typicis commissa libellis
Culta legat, fallor si meliora leget;
Aurea quæ loqueris sunt omnia verba Beneto, &
Gemmea quæ scribis carmina cuncta tuo.
Crede mihi tersi dum stabit carminis vsus,
Vir, celebri Dammani nomine, magnus eris.
Pierides pulchram, decus immortale, corollam
Dant, & perpetuis luxuriare comis.

Ad eundum quod nimius in eius laudibus non fuerit.

Vera docent versus, ne palpum obtrudere dicas.
Nostra canit meritis vena minora tuis.

Lectori meo Salut.

GAudium in aduersis; animi patientia magni;
Dedecus, egregio quod dat honore decus;
CRVX (*inquam*) *vnius sollers Academia* CHRISTI
Hoc sed in arguto reddidit ore MELOS:
Tu fruere, & SVMMI RES *contemplare* PARENTIS;
Quas HIC *cunque omnis* TOTIVS *Orbis habet.*
Hîc LAVDES *meditare* DEI; *vel molliùs ipse,*
(Quod voueo) Musis emodulare tuis:
Tympana me reboant circum, lituíque, tubæq́,
Et grassans totâ me quatit vrbe fames.
Hîc ego nec cuî quam volui præcertere laudem;
Frangendi hæc tantûm fræna doloris erant;
Nescii (te appello Fides) qui curreret istum
Ingenij cursum; præuoluisse mihi:
Esto, (nec inuideam) victus sum Carminis arte;
Quid tum? nulla mihi sponsio facta fuit.

DVLCE ET DECORVM EST PRO PATRIA MORI.

Ενθαδε, θαρηχθεις θυμῶ μεγαλητορι ΔΑΜΜΑΝ
ΔΑΜΜΑΝ δην' Αρετης ιερος ηδ' Αρεως·
Της γαρ αληθειας ιδ' ὑπερ τῦ Πατριδος εσθλῦ
ΑΙΕΝ ΑΡΙΣΤΕΥΕΙΝ ἐσφετεριστεν ἐοὶ
Θαρσεος ἐμπνειων, χρυσερῳ στιλβοντε μαχαιρα
Τειχομαχῦς, θανατῶ πιπτει, ἑλαυνομενος.

Hîc situs est Iuuenis, quo non animosior alter,
Nec magis omnigenâ cognitione fuit:
Pallados armatæ in gremio, à pubentibus annis
Vsque innutritus, Pallade digna dedit:
Se PIETATI *etenim* ET PATRIÆ *deuouerat omnem;*
Prôque illis pugnans VICIT, ET OCCVBVIT;
Ergo immortalem capit ipso ex funere vitam;
Et pretium VIRTVS *se, docet, esse sui.*

THEOPHILO DAMMANI A BYSTERVELT CAPITANEO
QVOD PRO RELIGIONE ET PATRIA,
SVB HVLSTI INFAVSTÆ MOENIBVS,
FORTISSIME PROPVGNANS CECIDIT,
IVVENI TAM LITTERIS OMNIB. EXCELLENTI
QVAM ANIMIS INVICTO,
HADRIANVS DAMMAN, ET ANNA TAYARTIA PARENTES
NEC NON ETIAM MARIA DE ZWIETEN,
DN. DE ZWIETEN GERMANA SOROR,
VIDVA
MOESTISSIMI POSVERE.

Vixit Annos XXX. Menses XI. Dies XI.
CIↃ. IↃ. XCVI.

ORDO ET INDEX LIBRORVM.

LIBER PRIMVS.

CAnenda proponit, Mundum ex omni ęternitate non exſtitiſſe: factum eſſe; non fortuitò; non, vt ſemper duraret.: DEVM, antequam Mundus eſſet, æuiternum; qui in tribus Perſonis, vnica eſt DIVINITATIS Eſſentia: Filium ſine Principio genitum eſſe oſtendit. De DEO meliùs certiúſque, quàm Philoſophi fecerint, & ſentiendũ nobis, & loquendum. Hinc reditum ad Mundi creationem; eius materiem à DEO factam ex nihilo; initio confuſam, Spiritûs ſancti virtute conſeruatam fuiſſe. Vnicum hunc eſſe Mundum, ſciri à nemine, quando finietur: qualis creata eius materies; cur eam formet DEVS per dies ipſos ſex. Iam ad Opus Diëi-Primi, nempe ad Lucis creationem; materiam; vtilitatem? Cur DEVS Diem Noctémque inter ipſa ſuccedere voluit. Hîc, antequam Diem componit, de Angelis quædam; quorum pars ab origine ſuâ, & integritate, per ambitionem delapſi, hoſtes DEI ſunt & Hominum: pars, Creatoris ſui potentiâ & bonitate conſeruati, eius gloriæ inſeruiunt, & Eccleſiæ vtilitati: Vtriúſque rei, è S. Litteris exempla pluria.

LIBER SECVNDVS.

POëtæ laſciui & vani perſtringuntur: De Cæli orbibus, & Regione Elementari, de Elementis item diſtinctè diſſeritur; quot ea ſint; Simpliciáne, an compoſita; eorum harmonia in corporibus, coniunc-

tio

tio, dominatio, quid commodi ferant, aut in commodi; plures ibi, ad lucem, comparationes; quàm diu durent Elementa: Errores depellit ab origine, corruptione, mutatione rerum, quas in ipsarum formâ considerat, & Materiâ: Vbi Elementorum quasi domicilia; ad quæ facem allucent comparationes. Incitat se Poëta, & quasi tollit in Aërem, cuius facit Regiones tres, Summam, calori; Mediam, frigori; Infimam, vtriúsque vicibus obnoxiam; Rationes: Cur in Aëre tam mira generentur, vt tonitru, fulmen, ros, imber, pruinæ, grando, nix, venti; quos describit variè magis & copiosè; hinc ad alias transitum exhalationes? ad stellas cadentes, crinitas; ad faces, pyramides, dracones, sagittas, pîla, trabes, lanceas, plures soles, lunas, irin; alia; in Infimâ, Mediáque Aëris visa Regionibus: Horum ferè omnium Rationes: DEI tamen Maiestas in his talibus magis veneranda; variæ ad eam rem admonitiones: Omnium, quæ in Naturâ vidētur, reddi non posse ne ab ingeniosissimis quidē et doctissimis rationes; ad probationem exempla non vniusmodi. Reditus ad Elementorum domicilia; inde ad Cælum, quod ex quintâ putant essentiâ; quod semper moueatur; quid Elementis cum Cælo: huius pulchritudo: ibi de Elementis differendi finis: nec quæ Cæli materia sit, certò ostenditur. Quot Cæli orbes, & quasi contignationes; ponit decem; Cæli veræ læudes. Esse Aquas supra omnes Cæli orbes; probatur rationibus. Diluuium, Noë temporibus, vniuersale: ibi Liber secundus explicit quasi in verba Mosis, de Expanso; quod is factum ait, vt Aquas ab Aquis separaret.

LIB-

MAris separatio â Terrâ; illîus domicilium; vbi potentiâ DEI continetur: ab illo, quasi brachiis ipsius, Terram ambiri: Maris brachia ad magnitudinem, & fluuii quidam insignes: Torrentum vnde & fluminum incrementa; Vtraque in Mare influere, nec hoc inde augeri: Æstûs maris; eius salsitudo; Fontium mira quorundam ingenia: aquę-calidæ è metallorum cubilibus. Maris & Terrę in orbem consociatio; huius vtilitates. Terrę deinceps stabilitas describitur, & commoda; Terræ-motus; hiatus; magnitudo; quæ tamen cum Mari, ad Cælum, minimi instar est puncti: hinc ad virtutem monita. Terrę matris hominum, nutricis, & hospitę vtibile ornamentum arbores & virgulta varię commoditatis, in hac etiam flagitiosâ vitâ: herbarum & florum infinita genera; in quorum naturâ, partim inter se quasi concorde quadam amicitiâ et caritate complectentium, partim dissidentium odio capitali, expressæ magnis litteris bonitas, sapientia, potentia DEI: Ab eâdem benignitate grana, lanę, sericum, gossypium, linum, cannabis: Naturę miraculum arbor Cocos. In Terrę gremio & visceribus metalla, gemmę, colores, alia: Necessarius auri ac ferri vsus. Magnes, & ab eo tacta Acus-nautica: Terra ipsamet scatet remediis morborum. Eius laus; & Agriculturę; Patriarchę, optimatésque gentium viri eam in amore habuerunt & honore. Simplicium, quę ad Medicinam sunt, cognitio. Denique de libertate, per omnem vitam rusticandi votum Poëtę.

LIBER.

IGnium Cæleſtium creatio, curſus, vis, natura, ſubſtantia, ex Ebræorum, Græcorúmque opinionibus: Ridet, qui eos eſſe Animalia, veſci eſcis & potionibus, tradiderunt: Verus eorum motus oſtenditur: Veteres nouitiſque paradoxi vtcunque confutantur, qui non Cæli ſed Terræ motum aſſertione approbarunt. Cæli magnifica circum Terras veluti cortina: Stellarum vtriúſque poli delineatio: Zodiacus, & duodena eius Signa; ab his Menſium Temporúmque diſtinctiones. A Cælo, & inibi Fixis-ſtellis, ad ſeptem deinceps Siderum orbes deſcentio; cur illæ tremere, vel micare videantur, non iſta. Surſum denuo ad Primum Mobile, quod Cælum appellatur Nonum; quódque motu ſuo incomprehenſibili, omnes Cæli orbes inferioris ſecum rapit, ac circumagit totos cottidie ſemel: nec horum hîc obſtat ſuus motus proprius; ad intelligentiam idonea ibi comparatio. Cur Cæli orbes non eâdem inter ipſos celeritate: Quod temporis ſpatium, in orbium quôque ſpatio conficiendo; huius diuerſitatis neceſsitas, & fructûs. Magna Aſtrorum vis in Elementa; & in ea, quæ ex illis hîc compoſita. In Stoicos, qui potentiam DEI, Cauſſis quaſi alligant ſecundis: Ad veram vtilémque harum rerum contemplationem, Chriſtianis Præcepta. Sol vt Mundi oculus ſingillatim deſcribitur; qui Planetarum medius ceu princeps magnificus, honore ceteris & gloriâ longè præcellit; Stellarum omnium aliarum velut exercitu ipſum ſequente: Solis efficacia, magnitudo, velocitas: ab his laudatur admirabilis Prouidentia DEI, iſto tam inſigni Sidere tot

bona

bona Terrę, largiẽtis. Curſus Solis diurnus, obliquus, annuus; vnde quattuor Anni Tempora. Luna quoque hîc ſeorſim; eius mutationes; rotunditas, adoleſcentia, ſenium: Eius Ecclipſes, Solis defectui, quid interſint. Poſtremò inſolita Ecclipſis Solis in morte Seruatoris noſtri IESV-CHRISTI; eius item Reuolutiones, extra Naturę ordinem, in IOSVÆ victoriâ; & morbo Reg. Ezechiæ.

LIBER QVINTVS

QVinto DIE, edita à DEO Opera, Piſces & Aues: In Mari Terráque comparãdis, illud nec ceteris quidem vllis cedit Elementis, egregiorum munerum liberalitate DIVINA; ibi Demonſtrationes; & variorum piſcium exempla: ex his quorundam varii mores, & miri; victûs ratio; enormis magnitudo; DEI prouidentia inillorum elucet quaſi inſtitutis: eorum inibi aliquot ſpecies; Vt velociſſimus omnium animalium Delphin; eius amor erga hominem; in Arionem beneficium: A piſcibus monita etiam nobis non contemnenda. His talibus copiosè tractatis ad Aues tranſitum; quæ in aëre, mari, littoribus, ripis, lacubus, ſtagnis oblectant ſe, venantur, aut rimantur eſcas. Auium innoxię; his inimicę prædatrices; nocturnæ. Cucuiæ & Mamuquę miri ingenii, miri corporis aues in Antiquis & Nouis Indiis. Non planè præterita hîc inſecta volatilia; ſed nec-vnum animal Bombyx.

LIBER SEXTVS.

QVæ in terra degunt brutę animantes, & Humanum genus, Sext. Libri argumentum. Illæ quaſi in aciem hîc educuntur; primi agminis dux elephantus

phãtus;cui cum Rhinocerote &Dracone bellũ natu-
rale; hîc veterinę ; & quotquot ſemel pecudes ſub
Hominis imperio,Terrę pabulo paſcuntur:In media
aciê, venenata noxiáque animalia;non in Hominẽ á
Deo ſic condita, ſed Adami flagitio deprauata;Ho-
mini etiam in ea ſatis ingenii reliquit & imperii;ipſa
quoque inter ſe committi à DEO, & confici;atque a-
deo ex ipſis Homini plus commodieſſe,quàm noxæ,
comparationibus probatum, & exemplis:Poſtremũ
agmen faciunt, ſilueſtres feræ;ſequitur totius quaſi
exercitûs Imperator leo; per occaſionem;de ſeruo &
leone,in arenâ Romanorum;quos vetus Hiſtoria in-
gerit apud Agellium.Altera Libri pars,Minor-Mun-
dus,nempe Homo, cius gratia factus Maior-Mundus
cum vniuerſo ipſius ornatu:Fruſtra Creaturę cęleſtes,
marinę,terreſtres fuiſſent,niſi dominus earum Homo
exſtitiſſet.Poëta DEVM veluti deliberantem facit,
& ſibi in hac tali Hominis fabricâ præcipientẽ;ea non
vno,vt animaliũ ceterorũ,momento perfecta;in quâ
opificis DEI potentia, ſapientiáq; & bonitas præter
cetera eius Opera,elucent.Operis tanti bene deſcri-
bendi difficultatem & diffidentiam ingenii ſui poëta
oſtendit,Inuocatione repetitâ. HVMANI corporis
Materia;id tamen erigitur ad cæli adſpectum : eius
caput, animi domicilium ; oculi quoque fabricatio
mirabilis;ceterarum partium ſua proportionis Pul-
chritudo, proportionis decus; ad vſum locus conue-
niens,DEI potentiam magnificè oſtendunt:Interio-
ra item corporis,præſertim vitalia perſtricta,& ſpiri-
tûs animalis inſtrumenta. Hîc Medicis ceditur ſed
doctis:ad potiorem Hominis partem,Animum vide-

licet

licet, transitus: De eius substantiâ: In eos, qui de his talibus tam obscuris & difficilibus, quasi iuratò reclamant sententiæ: Memorię laus, exempla excellentioris in aliquibus: Expedita & profluens Animi ad cogitandum, discendum, inueniendum celeritas: eius reperta plusquam Humana; probationi, exempla ex pluribus Historiæ monimentis. Hac contemplatione pœne abreptus, Imaginem contendit cum Exemplo, quod est Deus: Hominis præstantia vel in hoc etiam elucet, quód dominium acceperit à DEO, in ceteros Animantes; qui ad eum accedere, regem agnoscere, ab eóq; nomina sua accipere: Animus in hoc corpore male habitat: eius lumen in Cælo, quàm in hoc Mundi ceu ergastulo erit longè præclarius. Fœmina denique Homini à DEO data, depingitur; sine quâ, illius vita miserabilis: Similitudo apta ad Fœminæ ædificationem demonstrandam. Fœminam Vir libens agnoscit, & citò decernit eam quasi se alterum: Coniugii huius carmen nuptiale: Coniunctionis commoda à Benedictione Diuinâ; cuius virtute quoque Animalium vita & genus conseruantur.

LIBER SEPTIMVS

IN Mundi Opificio quieuit DEVS a.d. septimum, qui Liber hîc est Postremus: in cuius vestibulo insignis Tabula amœnissimę Regionis; quæ & elegãtiâ suâ, & varietate, oculos detinet vel ipsius pectoris, qui totam perfecerit ipsemet; DEVS quoque ex operum suorum, aspectu voluptatem capit singularem; vidétque omnia quæ fecerit, esse optima. Providentia DEI, assidua in opere; singulis creaturis opitulatur,

tus,vitam dat,benedicit: Epicuræi confutati:ad Fidelium dolorem, qui ex Impiorum rebus prosperis percipitur,& ex Ecclesiæ ærumnis,idonea consolatio & decem argumentis firma.Cur DEVS die septimo quieuerit,quid eo moneamur; Quis verus agendi Quietem modus: In eos, qui vanitate & malitiâ suâ solemnem hunc Diem profanant: Ad contemplandum tunc præcipuè Opera Creatoris cohortatio: Nullam esse creaturam vnde non arripere possimus bene honestéque viuendi instituta, neque in Cælo, neque in Elemētis Inanimam;neque inter nos Animatam;egregia vtriúsque naturæ exempla:Denique vel præcipua Corporis nostri Membra; imò omnia, considerantis diligentiam & laborem faciunt compendii,ad erudiendum.

PAVLVS AD ROM. CAP. I. V. XX.

INVISIBILIA DEI EX CREATIONE MVNDI, IN OPERIBVS CONSIDERATA,PERSPICIVNTVR,TAM ÆTERNA EIVS POTENTIA,QVAM DIVINITAS.

Psalmus. XCII.

Operibus DEI considerandis recreantur Fideles, in iisque eum laudant: Socordia Impiorum, & Infelicitas: Piorum contrà Beatitudo.

SVmmè decorum est dicere viuidis
Indesinenter Carminibus DEVM,
Psalmique, laudes, ô SVPREME,
Ferre tuas, modulis per Orbem.
Solis sub ortum me Bonitas tua,
Idem tugales cùm occiduus Mari
Fessos lauabit, me canentem
Lex tua detineant Fidesque.
Nec voce tantùm dulcè volubili
Fundam sonorum compositè melos:
Testudinem sed temperabo,
Sed fidibus citharam disertis.
Me FABRICARVM *sancta superbia,*
MVNDIQVE MOLES *magnifica iuuant:*
Pra gaudiorum suauitate
Mens animi salit intuentis.
In quanta surgunt, ô DEVS, *Ardua,*
Quæ tu potenti concilias manu!
O te profundo cogitantem
Pectore, rebus in Vniuersis!
Ignarus horum desipit omnium
Vesanienti praditus indole:
Præclara cui diuinitatis
Particula innatat in stuporem.
Fœdis operti criminibus Viri
Herbaceæ instar luxuriant coma,
Florentque Sontes, ad patrandum
Quodque nefas animis parati.
Pòst vt ruinam præcipites trahant,
Et luctuosis casibus vt cadant:
At tu omnium summe Imperator,
Conspicuus radias triumphis.
Certo Rebelles exitio dabis,
Dabis Rebelles exitio tuos,

Sic

Sic eſt, Sceleſti diſperibunt,
Fulguribúſque tuis liqueſcent:
Sed mi vegebis tu intereà meum,
Sublimè cornu, grandiáque ingredi,
Vt vnicornes, me iubebis,
Qui patrium ſitiunt Hydaſpem:
Vnctus nitentes calite Balſamo
Pectam capillos, luminâque hæc mea
Cernent ruentes inuidorum,
Vota velut tuleram, cateruas:
Non obſeratis auribus hauriam
Rumore gratos prepete nuncios,
Qui Gente manant de Nefandâ,
Tot genetrice mihi malorum.
Vt Palma, IVSTVS, *frondis & augminis*
Amœnitate ingens ridet amabili,
Vel quale cedri fluctuantis
Culminibus Libani, cacumen:
Sanctis beata ſub penetralibus,
Diuina, quotquot, NVMINIS *atria*
Stirpes inumbrant, peruicaces
Intertore tholo virebunt:
Nec vim ſenectus tarda reſoluerit,
Miſto ſcatebunt; hubere fructuum
Anûs onuſtæ nam videres
Semper eas ſolitùm vigére,
Impendioſis tollere honoribus
Nunquam inſolentes IVSTITIAM DEI,
In quo SALVTIS *ſpémque, opéſque,*
Præſidiúmque meæ repono.

FINIS.

BARTASIADOS

De Mundi Creatione

LIBER PRIMVS.

IMMENSI *metas Operis, prima ordine Mundi*
Fundamenta loco, & nitidæ fastigia molis;
Innumeras intus species, ac munia rerum;
Præcipuè ipsiûs, non vnâ in imagine, formam,
Hæc cuî tanta vni effulgent palatia, REGIS.

TV, *qui flammifero circùm voluentia curru*
Astra vehis, grandésque manu moliris habenas;
Qui spumantis Aquę liquidis resonantia campis
Frœna regens, pelagi ancipitem dominaris in vndam;
Qui Sola terribili quatis interiora tumultu,
Tellurémque aperis; Cuius vox reddit inertes
Agminis Æolij Celeres, quotiensq; lubido est,
Sœua reconflatis in prœlia conciet armis;
Hunc animum dignare, DEVS, *dignare labantis*
Tollere humo genium, & menti detergere nubes:
Da lepidum vt tereti deducam pectine carmen,
Quod placeat doctis, prositq; nepotibus olim;
Quo Mundi caussas memorem, primæuáque rerum

Puncta canam, manuum, ô Genitor, decora alta tuarum:
Ah! mihi cæruleos clari per Fornicis axes
Pérque Maris, Pater alme, sinûs; perq́; infima Terræ,
Pande viam, & triplices Vacui da visere tractûs;
Vnde animo digitisq́; legam rarissima quæque
TOTIVS *ornamenta; quibus, ceu fronde perenni,*
Detexam æternâ viridantem ætate coronam.
Denique te, Genitor! tua Numinis aura benignâ
Grandibus aspiret cæptis, & nubila pellat;
Ampla tuę vt videam pollentis munera dextrę;
Atque aliis dum monstro viam, Librumq́; resoluo
Doctrinę immodicum, lentis ne passibus ipse
Incedam piget, & languentia lumina ducam.
NON SINE PRINCIPIO, *subter laquearia Cęli*
Primitijs Æther complectitur Aera flammis;
Non circumfusus Pontum supereminet Aër;
Non paribus librata modis, & pondere Tellus
Semper, in humentis gremium stetit Amphitrites.
NON SINE CONSILIO *enituit pulcherrima Mundi*
Effigies; manibusue suis Fortuna tenorem
Corporibus dedit; vt coeuntia semina rerum
Concilio discorde, genus tamen vsque crearent;
Vel grauitate suâ, & longinquo percita motu,
Omnigenis è Principijs, per cæca viarum
Interualla, vices, ac vim; exercentia pacem
(Quod stolidè voluit Democritus) omnia starent.
Ast ipsa ÆTERNÆ *constans Sententia* MENTIS
Decretúmque DEI, *cunctarum corpora rerum,*
Spirantésque animas, diuino condidit ore;
Quo simul edicet, magnîres Dædala Mundi
In tenues flammis fugiet dilapsa fauillas.

Non Infinito, DEVS OMNE ex Tempore fecit;
Sed neque per Tempus; namque istud condidit ipsis
Cum rebus: nec enim Cælestes ante choreas,
Luminâque, & cursûs astrorum, Temporis ordo
Diuidui; non tempestas; non orbita secli;
Non annus; non mensis erat; non solibus Horæ
Instaurare diem; Triuio nec sidere noctes.
Ergo omne ante ævum, conceptaq; semina Mundi,
Formam ante atq; locum, in cunctis DEVS omnia rebus
Inq; DEO res omnis erat; quem núllius vnum
Mens capiat; quem nulli habeant comprendere fines:
ENS cuî nil noceat; vicibus mutabile nullis;
Totum animus; species totum nitidissima lucis;
Castum; æquum; sapiens; oculis haud sensile nostris;
Immortale; bonum; æternæ DEVS vndique lucis,
Vndique lætitiæ radijs incinctus agebat;
In se habitans, suus hospes erat; nec degere in vllâ
Arce aliâ poterat, sese nisi totus in ipso,
Impie, quid tumido disceptas pectore, Quæres
Tanta tot implicitis in tam ampla negotia curis,
NVMINIS illius mentemq; manumq; teneret,
Quod per se, ac vacuum, solis incesserit oris,
Tam longo in spatio? post deinde audacior vrges;
Qui labor, ætatem, fuerat quæ TOTIVS Æuo,
Temporibus prior æternis, exercuit illum?
Quippe vbi tam immensum robur, tam dîa manûs vis,
Tanta indefesse superat sapientia menti;
Hîc animi resides, & segni in corde veternus,
Præcipuè indecores, summo nec NVMINE digni.
Audi, os impurum; Res qui semel edidit omnes
Antè Infernatem Barathri fabricabat abyssum

Et ſcelerum in pœnas flammis letalibus ignem,
Dignà quibus plectat tam diro crimine ſontes;
Quorum audax animus, vanæq; ſuperbia linguæ,
Præteriti immunem SOPHIAM, immunemq; futuri,
Non dubitat ſtolidę trahere ad ſubſellia mentis,
Et dubij conferre manu certamina iuris.
Canterijs faber, atque alijs pro tempore tignis;
Staminibus textor, ſubtemimbúſque carebit,
Et radio? figulúſne rotâ, terræq; medullis
Impunè abſtineat, dum vult? Qui lumina fabrûm,
Artificéſque manûs, & mentis condidit alas,
Scilicet immenſis operum his compagibus expers,
Non foret incolumis, lætaq; in pace beatus.
Scipiades ergo Romani ille incluta Martis
Gloria dixiſſet docti gratum auribus æui,
Iſſe minùs nuſquam ſolum ſe, tempore in omni,
Quàm cùm ſolus erat:
Et DEVS *(ô Cælum! ô Terras! quàm putidus atrę*
Iniectus bilis!) ſocio ſine mentis egebit,
Triſtiáque incomitis ducet faſtigia vitę.
Iomę decus egregium, fandiq; magiſter
Inſignis famâ, & patrij fundamine Iuris,
Dixit, & id verè, Sua ſeferre omnia ſecum:
En Mundi Pater omnitenens, quem millia circum
Innumera æternis præquàm fulgentia gazis,
Eſſet inops, grandi hoc rerum non auctus aceruo:
Se DEVS *egreditur nuſquam, quò gaudia menti*
Lætaparet, genioq; nouos indulgeat ignes;
Nullam poſcit opem; doni eſt nullîus egenus;
Idem perpetuò ſummus, ſimul infimus idem;
Mille facultatum maria exundantia mille

Ingenti euoluens gremio, velut amnibus altis
Oceani, quaquà pateant semel omnia, viuis
Frugiferi irrorat Mundi topiaria lymfis.
Terrigenę nondum Iuuenes, discordia bello
Pectora, commissis flabrorum stridere pugnis;
Squammigeræ nondum pecudes Maris æquore nabant
Ludentes vitreo mollem sub marmore lusum;
Menstrua curuari nec adhuc sua cornua Lunę;
Nec pinguis granibus flauescere campus aristis;
Cùm nihil haud ageret summos DEVS *inter honores:*
Namque suum decus eximium, & florentia laudis
Germina mirari; pulcherrima quattuor olli
Lumina Nympharum paribus fulgescere pennis,
Quę veget immensas æterna Potentia vires,
Cum Bonitate, meri vigilans Custodia Iuris
Iustitia, vnà aderant, & semper-Prouida Virgo:
Has ille intuitus proprias, his ardua mentis
Sensa suę, sanctosq́ animi saturabat amores:
Non solus, quamquam vnus erat; nam FILIVS *vnà*
Degere, & ipsius conuiuere SPIRITVS *vnà,*
Atque æquis cuncti pariter congressibus ire.
Ille DEVS, DEVS *ille latens, longéque remotus*
Sensibus à nostris, fœcundo pectore pregnas
Séque obiens ipsum, sine semine, principioq́,
Et sine matre DEVM *genuit, Cæliq́ Mariq́sque*
Terrarûmque Patrem: DEVS *ille ter Optimus, & ter*
Maximus, immortalem æternâ ab origine Natum,
Natum, inquam, genuit sine semine, CONSILIVMQVE
SERMONEMQVE *suum; cuius natura Parenti*
Est eadem, mentísque & numinis vna voluntas.
His ab vtrisque suę manat sine tempore vires

SPIRITVS, & communis amor; non indole dispar;
Dispar ipsorum persona, & munere dispar,
At numen tribus est vnum; tribus vna voluntas;
Maiestas tribus vna eadem; quos pectore & ore
Vnum credo DEVM, Trinum licèt, attamen Vnum.
Desine Musa mihi; mea desine Musa caloris;
Quid ferues? quò tendis iter? fiducia pergit
Quò tibi stulta tuis? cæcam ne gurgitis huius
Ire viam, Thetidisq; sinûs tentare profundos
Aude amens animi; fastum hîc fuge, tristia leti
Limina, & insidias, lacientiáque ora Charybdis;
Deuita Euboicas cautes, & saxa Capharei;
Fluctus vbi innumeras per operta pericula puppes,
(Nostra quibus ratio, ceu falsa Lycaonis Arctos
Præbuit obscurum tanto in discrimine lumen)
Depressas cursu in medio (lacrimabile factum)
Funditùs afflixit, letíque inuoluit arenis.
Vt tua per dubios vndosi hos gurgitis æstûs
Tutum curret iter strato super æquore nauis,
Oceani præstat metas, & littoris oram
Radere summissum, ac remos inhibere ferentes;
Vela regens tibi diâ Fides adstabit, & omnes
Præcipiet ventos, oculis in Biblia fixis;
Surgent vnde tibi certos signantia cursûs
Sidera, & alterni radiabunt Castoris Ignes;
Cælestes in vtrumq; pedem tibi SPIRITVS aurâ
A puppi immittet, rectumq; tenebit euntis
Per breuia & syrtes omni in discrimine clauum:
Hei mihi, quàm multos huiusce per æquoris vndam
Fidentesq; animi iuuenes, canósque virorum,
Implicitus scopulis, atque horrenti cautibus Error

Torsit

Forsit agens circum, & tumidis in fluctibus hausit!
Qui licèt egregias vestigia ferre per artes,
Et studijs versare animum subtilibus essent
Assueti; tamen in rupes & deuia secum
Detúlerunt miseros, atque enecuêre sub vndis:
SPIRITVS his etenim SANCTVS non pectore toto,
Totâ mente fuit, ratis vt tractaret habenas,
Excitus; ingenij solis spes hæsit in armis.
Isti adeo ingressi loca cæcis obsita claustris
Fallacésque vias, atque inscrutabile limen,
Staminis auspicio reducis, sanctæq; fideli
Virginis auersi monitu, se cassibus ipsi
Impediunt proprijs, aliósque in vincula dedunt:
Nix aliud Duplicis sacra pagina TESTAMENTI
Altius attingit quidquam, quod viuida magni
Vis animi vel lyncæis minùs apta tueri,
Sciri equidem pote nil melius; nec pectore maius
Concipias arcanum; error sed noxius hîc est
Ante alios, dírisque animum terroribus angit;
Huius ad intuitum Solis, mihi cœca repentè
Obijcitur nubes, visúsque intercidit omnis.
Hoc argumenti genus, hæc diuina laboris
Materies nigrâ sensum caligine mergit;
Sedibus eximis ea contemplatio mentem
Eruit; hæc altum fluctat iactata per æquor,
Obtusâ omni aciê.
Dicere procliuem, ac propriis visa ardua verbis
Disceptantem animum, penitis arentia fibris
Oratenent, cassæq; labant conamina vocis.
Tergemino DEVS ille vnus discrimine pollens
Muneris æterni (potiùs quem pronus adoro
Ac vereor, quàm sedulitas me vexet inanis)

In NIHILI INFINITO, *insignem pendentibus Aulam*
Formicibus struxit; quę pulchra, & molibus amplis
Ardua, picturis radians, operumq́ superbis
Fulgida delicijs; qui flos summæ, vnicus artis
Impressam Auctoris speciem, simul Ordinis ipsum
Dedicat exemplar, Maiestatísque triumphos;
Et solidas præsentat Opes:
Quę Species & Maiestas; quæ maxima rerum
Cõpia; qui Splendor variæ nitidissimus artis,
Ipsum mordaci NVMEN *latrantia victu*
Semiuirûmque & semicanum passim obstruit ora.
Flammantis quicunque volet fastigia Cęli
Arduus ascensu penetret, positísque sub Axem
Nitatur gradibus; tumidę quin impete mentis
Mœnia transiliat Mundi, conclauiáque audax
Ipsa DEI *ingressus, formæ speculetur honores,*
Naturamq́ oculis vsurpet NVMINIS *ipsam:*
Aut animi quisquam experiens sollertis acumen
In Mundi infigat limo, secretáque saltem
Quadruplicis per Materiæ scrutinia repat;
Sic Operis putet istius, reputétque figuram
Impensis operę studijs; vel gratia mentem
Et fugiant laudes, ratio quas vnius instat
Esse DEI, *Causis tribuat sine rite Secundis.*
Ipse micans animis, pulchrǫque cupidine tactus
Nolo per arcanos infandi luminis axes
Pieridem sudare meam; nec in abdita Terrę
Aoniam interiùs quęsitum currere laudem;
Naturę medijs labi regionibus opto
Nitentem humanis, sed quas DEVS *incitet, alis:*
Immodico ne si peteret nimis alta volatu,
Et propiùs sese Empyreos inferret ad ignes,

Dæda-

Dædaleam deinceps pennis affixa per artem
Cera liquefieret Cælestibus vsta Cometis:
Sin Maria ac Terras, Oculóque imperuia Mundi
Intraret penitùs, starent torpedine pennæ.
Omnigenos equidem longè iuuat ire per Orbes
Deditum in obtutu rerum, vultúsque PARENTIS
Cernere imaginibus, speculi ceu luce, reflexos;
IPSVM intus templo Diûum, solióque sedentem
Aspectare DEVM, & manibus venerarier altis,
Dulce mihi, at nitido intectum TOTIVS amictu,
Teste Potestatis, susaq; per omnia MENTIS;
Nam si Lucifera subtilia tela diei
Elidunt oculis aciem, quæ tenditur vltrò;
Quis rutilæ in medio, & summis splendoribus Æthræ,
Fulgura DIVINO ferat exultantia vultu?
Hanc extra fabricam ÆTERNÆ quis cernere MENTIS
Oraqueat, nisi per Mundi spectantia muros?
Qui DEVS in nostros, obtusâ luce natantes
Ire negat sensus, nec se Mortalibus vsquam
Cunctum aperit, quasi visibilem se præbet in omnì
Naturæ adspectu, rerumq; examine longo;
Nostris se digitis tentandum porrigit, & se
Insinuans, linguæq; poros, caulásque palati
Suauibus attingit succis immensa DEI vis;
Irrequieti etiam stellas palantibus Orbes,
Et celeri in numerum se corripientia motu
Astra, DEI vox est, omni quæ clangit ab æuo.
Fabrica, quæ Mundi geminos amplectitur Axes,
Et rerum Summam, est spatijs Academia magnis,
Tractat vbi assiduo proprias DEVS ordine laudes,
Incluta declamans tacitâ præconia voce.
Hoc TOTVM Cochlea est, at apisci facta quietem,

Quà

Quà gradibus veluti certis, ac tractibus cui,
Ascendunt nostrę dîa in palatia mentes,
Omnibus æternę facibus florentia lucis.
Atria sunt spatio, & laquearibus alta superbis
Aurea, vbi ingentes rerum longo ordine gazas
Magnificè DEVS exponit. Per gurgitis altum
Horribili vt sine naufragio, Mysteria possis
Sancta sequi, facit hæc tutum tibi Machina pontem.
Mundus hic est Nubes, non quam Latonius auro
Irradiat, telisq; micans ardentibus icit;
Hanc sed inoccíduo resplendens lumine PHOEBVS
Semper agit, semper speciê pulcherrimus omni
Ætheriam effundit nostra in specularia lucem
Per cuneos vibrans Erebi, perq; agmina noctis
Sese Hyperionijs præfulgentem ingerit hastis.
In magni illo Orbis facile est spectare Theatro
(Quod varijs nitidum aulæis iucundus inumbrat
Frondis honos, variáque rotant vertigine frontes)
Cunctarum veluti DIVINA POTENTIA rerum
Sceptra tenens, gemmâ insignem conchylide pallam
Ponè trahit; tum qualis AMOR, SAPIENTIA qualis
Qualis IVSTITIA est; studijs sese acribus inter
Dum certant hominum vel plumbea tollere Cælo.
Hoc TOTVM Liber est chartis immanibus ingens
Ars vbi & ingenium summi admiranda Magistri
Ritè legi vt possint, elementis grandibus exstant;
Pagina perfectam quæquæ est inscripta figuram
Suspiciendi operis; pars cuius singula, ductu
Littera subtili numeros habet ordinis omnes:
At nos, ô Pueri similes! qui rebus omissis
Sectatur nugas, studij fugitiuus & artis:
An non florentem sic nostra Voluminis eram,

Et picturatas mirantur lumina frontes,
Aut coriũ Ver purpureum, tractúsque micantes,
Quos argutá manus tenui discreuerit auro?
Vera autem istius pleríque oracula Libri
Negligimus, vix heîc paucis legere Intima curę est,
Quêis hominum segnes animos facunda discertim
Elogijs Natura docet, reddénsque probánsque
Esse DEVM, immensis struxit qui finibus Orbem;
Imperijq́, potens, rebus sua tempora ponit;
Qui Reges regit imperijs, qui Fascibus ipsis
Iura dat Augustis; cuius nec libera sceptro
Res fuit vlla vnquam; nec erit; dum roscidus Aer
Nubila suspendet sitientibus vltima Terris,
Vt legere hunc possis, & versùs ire per omnes,
Non multas opus est linguas, non exterá centum
Discere sermonis generá; aut compluribus esse
Artibus insignem; non Thracum elementa tenêre,
Non Hieroglyphicas species, intectáque rerum
Tot sub imaginibus Memphitidos Orgia gentis;
Non quibus Ebræi vocalem abscondere punctis,
Non breuibus signata notis vestigia vocum,
Quêis sua Erichthonij succingere scripta solebant:
Perpetuis etenîm niuibus glaciéque retusi
Pectora Lappones; atque vsti semper ab æstu
Lignea Carmani Soboles; ab sedibus errans
Tartarus, & miseros vexans per vasta penates,
Custodémque canem; sparsis in tela venenis
Crudeles Arabi; & Scythię palantis origo;
Sexennis puer, exiguo qui verbere buxum
Cominus insequitur feriens; oculísque semile
Concilium emeritis; nullâ licèt arte periti
Hunc librum plus parte legunt, ac multa docentur.

At tu crystallo si pellucente specillum
Accipias, quod longo aciem iaculabitur ictu,
(Sanctam dico FIDEM*) trans Æthera, transq; volantes*
Solis equos, te visus aget; Senis vltima Diri
Lumina configes oculis; quin stellimicantem
Vertice ab Arctoo, pressique in partibus Orbis
Cerne Polum; astriferos primus qui concitat axes,
Luminis attinges aciê; monumentáque Libri
Antiqua, & chartas percurres lynceus omnes.
His ego respersus radijs, hoc lumine puro,
Lumine lustratus FIDEI*, feror altus in auras,*
Et legere istius capior pulcherrima Libri;
At possim vt melius, libet ipso ab limine rerum
Respicere infantis prima ad cunabula Mundi,
Per sex immensos gradientem tramite recto
Distinctûs Operum; totidémque exacta Diebus
Pleraque narrantem Summi monumenta PARENTIS*;*
Quę demum Requies, & Contemplatio rerum
Acta DEO*, lux perfecti cùm splenduit Orbis,*
Vltimus è septem proprio Liber ordine pôstus
Expediet; nostri hæc series, & meta laboris.
Mirandus Mundi ille Opifex, molimnis alti
Non fixit curis animum, secumq; reuoluens
Non informauit longo meditata labore;
Sed neque facta priùs strinxit vestigia rerum,
Aut Mundi exemplar, senior quem viderat ætas,
Ad quod præsentis fierent spectacula Mundi;
Nempe vt Cæsareas magnis qui sumtibus ædes
Exstruere, & vario instituit distinguere luxu,
Versat agens animum, & spatijs dimensa priúsquam
Fundamenta iacit, rarę in palatia molis
Subtiles infert oculos, totamq; pererrat

Singula

Singula partitè explorans penetralia Sedis;
Ars vbi, & ingentis pariter vis aurea ſummę
Æquali niteant ſpeciê; quantæq́ habitanti eſt
Cauſſa voluptatis, tantos vt præbeat vſûs.
Ac nequiens omnem reperire moratus in vnâ
Arce venuſtatem, domuíque exempla futuræ,
Huius fortè inhians pulchrâ teſtudine limen,
Illuſóſque ſtrijs poſtes; ſpectabile formâ
Veſtibuli decus, ac magnis telamonibus antas;
Oſtia teſſellis, & diradiantibus auri
Fulgida pigmentis, hominumq́ inducta figuris;
Æſtimat illius cęlato ex ære columnas,
Nunc ſpiræ immiſſum, tenui ferrugine, ſcapum,
Nunc moduli rimatur opus, ſubtiliáque omni
Florum eximplexu, & diuerſę orbilia frondis;
Hîc graduum molli obſeruans curuamine flexûs,
Sublimęſque vias, pretium miratur & artem,
Singuláque excipiens, imitandi ſedulus, omne
Impendit ſtudium, totúſque in partibus hæret,
Triginta effingens opus exemplaribus vnum:
At verò OMNIPOTENS, magni quem mœnia Mundi
Vndique conuexum numerò voluenda per orbem
Tota tremunt, ſanctóque vnum venerantur honore,
Nil habuit, niſi NIL, quorſum conuertere mentem
Et talem intuitu poſſet comprendere formam,
Qualis in hoc Mundi nituit mirabilis orſu;
Cum nil cunctatus, nec curis anxius vllis,
AERA cum CÆLO, TERRAMQVE creauit & VNDAS.
Qualis in Æthiopum Zonis, aut per iuga Cæli
Alipedes Sol flectit equos; neque fornicis vnquam
Deſerit Ætherij ſpatium; blandi inſima Veris.
Pingit rura tamen, radijſq́ feracibus afflat,

Fœcundâ

Fœcundâ grauidans noſtram ſine mole Parentem,
Et circumfuſi longè alto à culmine Cæli
Mutantum Zephyris renouans iuuenilibus Annum
Tempore, in omnigenis æquata Potentia votis,
Vno eodemq; eadem, facit vt ſimul exſtet imago,
Dædaleumq; operis, tantus quod fecerit Auctor.
Cui'us in auguſtam conſpirant omnia legem
Morigera, & Patrio ſummittunt pectora Iuri;
Olli indefeſſis adſtat SENTENTIA plantis,
Nuſquam abiens, omníque operans ex TOTIVS æuo.
Eſt tamen, vt NIHILVM non tempore viderit vno
Materiam ſimul, & naturę emergere formas:
Ceu qui veliuolum petit extera Regna per æquor,
Extremóſque hominum ſibi ſubdere protenus Indos
Imperio parat, aut victricibus vrere bellis,
Dum magnam properat moliri in littore Claſſem,
Propoſitę ſatagens operis, minuentibus ecce
Sublimes pinûs, & robora plurima ſiluis
Infabricata, picem, funalia, lintea, ferrum
Congerit, & vaſtis numeros componit aceruis;
Deinde autem vt coijt vis tot per maxima rerum,
Iam tignis aluum, curuóque ex ſtipite coſtas
Contexet, pandis fundamina prima carinis;
Applicat hanc puppi tabulam; prorę aſſerit illam;
Iſtam aptat tranſtris; currit pars cetera longè
Perq; foros, & per latera: prout agmine rerum
In tam multiplici ſimul ars & cura patrantes,
Ingeniumq; oculóſque regunt, chalybemque, manumq;
Artificis, totò attenti per ſingula ſenſu:
Haud ſecus Omnipotens Mundi genitalia nondum
Parte aliquá exorſus diuino emittit ab ore
Neſcio quod pollens Verbum, quo conijcit vnam

Omnia

Omina ſub molem, immenſis quæcunq; lacertis
Hinc atque hinc capit amplexu magni ambitus Orbis
Iſte ſed innumeris claſſem qui partibus armat,
Materiam capit; ex nihilo DEVS efficit illam;
Ac ſpeciem formans varios deſcribit in vſus:
Nec res ad tantas operi ornamenta futuro,
Aut manuum fuit, aut exempli, aut indigus artis.
Forma erat informis, Mundi corpuſcula primi
Omnia; primigenûm cumulus, miſturáque rerum
Decolor, enormis, nullo adſpectabilis ore;
Immenſis barathrum barathris immane, chaoq;
Nil aliud quàm confuſum Chaos; intima cuius,
Extimáque haud filum tulerunt vel imaginis vllum;
Turbatis inimica locis Elementa tumêre,
Humida pugnabant Siccis, Quadrata Rotundis;
Frigida cum Calidis, cum Duris Mollia bellum
Degere; certamenque odijs Summa inter & Ima;
Dulces aduerſum ſuccos confligere Amari;
Singula quid memorem? donec diſcordia Martis
Iſta furit; donec cunei concurrere in armis
Ardent quique ſuis, atque omnia colluctantur;
Ima per Ætherias Tellus iactata cohortes
Impete ſtridebat nitens; nunc ſubditus ipſe
Diuà premebatur pedibus Telluris Olympus;
Hinc Terra, inde Animæ fugiunt; hinc territus Ignis
Inſequitur, rapidóque alijs pede feruidus inſtat;
Nunc pariter cuncti Thetidis voluuntur in aluo;
Ipſa ſimul, ſimul Ignis eunt, ſimul incita Tellus
Fornice cum Liquidi vitreo per Inane volantis;
Iſtud, & Oceanus, iunctis ſibi viribus Ignis
Inuadunt Terram; quæ mox in tela, per Ignem,
Per Mare, per q; auras, magnos illapſa fragores

Visa dare; in TOTO *sedes erat Omnibus vna:*
Nam tonitru attonitum quis fulgibus intonat Orbem,
Ardida flammiuomâ iaculans hastilia dextrâ,
Metatus necdum fuerat loca certa cuique,
(Præfectus veluti Castrorum) vbi tendere possent:
Nullus adhuc nitidum cirris radiantibus Ignis,
Nec liquido Stellæ rutilabant lumine Cælum;
Nympharum necdum lacrimæ, fleti Aeris imber,
Imbuerant lætis halantes floribus hortos;
Nec virgulta nouas vmbrare nitentia siluas;
Sed neque ventoso rapidi sub marmore pisces
Squammigerum genus, exuuijs aut læubus aptum,
Scindebunt tremulos pinnis vibrantibus amnes;
Nec questûs auium flexis in carmina linguis,
Sibiláque, & genij suspiria blandus amantis
Sublimem Zephyrus Cæli differre per auram.
Cuncta venustatis, flammæq;, & inania formę
Pondere item et numero, atq; animis expertia volui,
Nec sua adhuc Terrę, Pelagóque potentia; non dum
Ignis erat; patrijq; Aër fluere Aëris exsors:
Aut Opere in tali, Terrę, Maris, Aëris, Ignis
Corpora si statuas iam condita, luminis Aer;
Ardorumq; Ignis vacuus; Mare frigoris expers;
Improprióque recens errabat pondere Tellus.
Denique concipias animo, sine gramine Terram,
Arboreóque satu, & liquidę discursibus Vndæ;
Nulli vbi sint Montes; vallem nulla accubet Vmbra
Cęrula nec circum nitidi voluentia Mundi
Fornice in immenso, rutilis nec consita Stellis;
Et iam qualis erat confuso corpore Tellus,
Mente recognosses; nataliáque antra Profundi;
Quale erat & Cælum, tanti in certamine belli;

De-

De quibus hîc humiles liceat mihi pangere versûs;
Non tunc qualia erant, sed erant tunc qualia nulla.
Iste igitur non Mundus erat, sed pronuba Munda
Materies, formæq; tumens melioris origo;
Area, & omnigenis satio ditissima rebus;
TOTIVS exierint ex quâ decoca alta capacis
Omnia, & immotæ steterint fundamina molis.
Hic fuit ille veteri fœtus, qui conditus aluo
Naturæ iam nascentis, resplenduit istam
In speciem, (quæ nunc etiam fulgore triumphat)
Sexta alternati dum temporis orbita vertit,
Quos dixere DIES.
Certè equidem hoc Chaos obscurum, totoq; per omnes
Corpore confusum cumulos, ceu carnea massa
Principiò fuit, & muliebribus augmen in aruis,
Fœdum, mentis inops; spatio quod temporis vsum
Paullatim in frontem, ac duplices se vertit ocellos;
Inq; oris formam, & biforis spiracula nasi;
In femora; in digitos; omnes in corporis artûs;
Hîc longas ætate capit crescente figuras,
Hîc latas; illî species glomeratur in orbem;
Filatimque patrans Mundum natura Minorem,
Ætherias tandem perfectum emittit in auras.
Ista quidem primâ variant ab origine, fiunt
Disparibusque modis; nam quô de proxima dixi,
Naturæ est prægnantis opus; namq; illa decoram
Dat, genetrix fœtu speciem, sensimq; figurat;
Quô fuit antè nihil deformius, aut minus aptum
Sensibus, huîc agilem gliscenti in corpore vitam
Accendit, cunctis miscens in partibus ignem;
Quodque imperfectum est, toto mox corpore reddit:
Illa sed illunis, confusáque copia rerum

Vsu nunquam alij ; aut formâ meliore fuisset;
*Æ*TERNI OMNIPOTENS, *cui nil par,* SERMO PARENTIS
Nî membris animæ vacuis, vim, nescio qualem
Inspirauisset tacitam; quæ fusa per artûs,
Totam hanc arcano compleuit numine molem.
Queîs quondam AEgyptus spissis expalluit vmbris;
Nubiláque & nebulæ, ac tristi ferrugine cælum
Cimmerius hiemem æternans, noctísque profundum;
Aut latus exhalans fumo stagnantis Auerni,
Tartaráque assiduè densis horrenda tenebris
Et tetro damnata situ ; vel quicquid vbique est
Nigrantûm generis, furuâ & caligine notum
Hidus inundabat confusæ corpus Abyssi.
Horribiles dabat ingenti sub gurgite motûs
Seditio, quæ nunc sursum, nunc rapta deorsum
Fluctibus innabat, turbaq́, latrantibus vndis;
Omnia permistis ruere in contraria rebus:
Atque adeo illa animis acies pugnacibus instans
Ipsa sibi æternam conscîsset turbida mortem,
Tempore gignendi ipso, ipsis natalibus horis;
Per nisi cuncta means DIVINA POTENTIA, *molem*
Glutine strinxisset, cœtúque ligammis vno
Vndantem Oceanum, Terræ, cælíque futuras
Deuinxisset opes, & flantis pabula vitæ.
Hi sæuo inter se concursu belligerantes
Sternere surgentem naturam, & perdere leto,
Quattuor immani certabant pectore fratres.
Vt quem Phœbus amat; quem lumine Musa benigno
Respicit ardentem famæ immortalis amore;
Verbenis qui ritè colit felicibus aram,
Quam posuêre pij æterno de marmore vates
Aonidum Matri; propriumq́, heîc pangere nomen,

Ingentis

Ingentis ſtudij meritis pro laudibus optat;
Siue hominum cœtûs obeat; ſeu pocula libet
Cœnam inter; ſiue euigilet ſub tegmine lecti,
Semper neſcio quâ egregiam dulcedine mentem
Tangit honos; lauri occulto ſpes tempore creſcit;
Déque animi fœtu, quem parturit, anxius omnem
Cogitat in partem, toto in ſe pectore verſus,
Toto animo, totâ tractat ſua gaudia mente:
SPIRITVS *haud aliter, molis, quaſi pronior huius*
AEquora ſumma legens, atraq; voraginis orbem,
Nabat in omnigenâ rerum, ceu ludcret, vndâ:
Nil ſibi curæ aliud ſub tempeſtatibus illis
Viſus habere DEVS; *ſi ſummam attingere Mentem*
Cura poteſt, NVMENQVE *modis intenditur vllis:*
Fœcundas vel qualis aues per frondea ruris
Quercubus in denſis, aut vepres inter acutas
Detinet incubitus; ſtudium quibus oua tuêri,
Oua ſui generis, dubiæ vel originis oua,
Inq; leues animas inueſtem excudere turbam;
Diù multúmque fouent ſuffuſæ corpore toto,
In nidúmque faces genij iaculantur; vt oui
Luteum & albumen, pullorum in corpora vertant;
Talis & hunc patrio fœtum complexus amore
SPIRITVS *incubitare* DEI, *viuáſq; per omnem*
Gurgitis immenſi pelagum diffundere vires;
Vt tam conſpicuus tam fœdo ex aggere, Mundi
Formaretur honos, omnéſque, in imagine, pulchri
Expleret numeros, ſummæ exemplaria Mentis.
TOTVM *etenim eſt vnum, ſpatijs quod condita rerum*
Ambit cuncta ſuis, nuſquam ſuperantia, nuſquam;
Cuia ſuperficies medio caret, vltima cuius
Ora per immenſum fugit vſque remotiùs orbem,

Principium finiſque ſui.
Non niſi TOTVM *vnum eſt, cuius ſemel omnia nutu*
Omnia clauduntur; nec Tempus, nec Locus vltrà
Porrigitur; NIHILI *domus eſt, vbi terminus hæret.*
Dux quamuis licèt armipotens, quem Numinis aura
Excellentem animi, diuinas diſcere leges
Montis in Orebi voluit ſeceſſibus olim,
Haud faceret certos, ter lucibus OMNE *duabus*
Enituiſſe, DEI *imperio, letalibus vnquam*
Præcipitis quidquid temeratur dentibus æui;
Vel ratio Leucippe tuis tam friuola Mundis
Fundamenta leui erueret pede; ſtultáque mentis
Viſa tuæ, illuſtri Natura refelleret vſu.
Quòd ſi etenim innumeros ſpatijs diſtantibus orbes
Natura omniparens, hæc extra mœnia Mundi,
Ambiret; ſemperq; alias ex ordine moles,
Immenſi per Inane loci, circumdaret vt vis;
Nónne vides grauitate ſuâ Terręq; Maríſque
Pondere, dciectu ferri properante deorſum,
TOTIVS *è vallo ſublimis; & aera lapſu*
Findere, ſuppoſitos ſemper populantia fines;
Cunctáque in antiquum Chaos interfuſa relabi?
Præterea, inter tot varijs in tractibus Orbes,
Indigenáſque inibi (tua quæ ſunt ſomnia) Mundos,
Ponere oportêret vacuum; quà ſingula poſſet
Machina quæque globis, proprij per cærula cæli,
Ingentes verſare rotas, & condere gyros;
Vt ne contiguo vicinos incita curſus
Turbine vexaret, motúſque inhiberet euntes:
Omnia ſed vinclis inter ſe & congrua nexu
Corpora tam firmo coeunt, ac partibus hærent
Vnited apta ſuis, medio extremiſque ligata,

Vt nullum prorsùs vacuum intercedere possit.
Hinc etenim certâ fieri ratione videmus,
Vt nequeant pleni terebrato ex vase liquores
Effluere, & tenues haurire foraminis auras,
Nî per facta priùs veluti spiracula, vento
Des aliunde aditum, latices qui soluat anhelos:
Frigida nec folles nisi apertis flamina ducant
Obthuramentis, faciántque in fomite flammam.
Nec testâ bene stipatâ penetrabile stringit
Frigus aquam, glaciésue hyemis cognata niuosæ
Inÿcit vlla manum fido sub tegmine nymphis:
Ore nec obstructo, scatebrísque patentibus vrna,
Roris plena licèt, sitientes compluat hortos,
Lympida odoriferis inuergens pocula myrtis;
At fluuÿ inclusus fontísue argenteus humor,
Et vasi in gremio captiuis pendulus vndis
Se fugit, & spatÿ resilit loca nactus in altum;
Aduersùs vacuum tanta est discordia rebus.
Nec tantùm numero Naturam condidit vnam
Omniparens almusque DEVS; *sed & augmina rerum,*
Et formas posuit; certísque amfractibus æuum
Scripsit ei circum, quos nulla extenderit ætas:
Solum etenim immunem voluit se finibus esse.
Atq; adeo hoc cælum, quamvis immanibus ingens
Vndique conuexum spatÿs, tamen vre sub ipsas
Mensuræ leges, certo cùm tempore cursum
Conficiat, factósque iteret reuolubile motûs,
Omnino indubium est: TOTVM *hoc mortale creatum;*
Ictibus occultis etenim, flictuque fatiscunt
Membrâ senescentis; certæq; in vincula morti
Dedunt victa manûs; monstrant exordia finem;
Atque oculis quidquid Phœbi-soror aspicit inis,

Terráque, ſtagníſque maris, tractúque volantum
Aerio, ſimul his ipſis, mutatur in horas.
Aſſiduis ſaltem quæ menſibus vſque reuiſit
Semper-mutantis facies argentea Lunæ,
Sola hæc innumeris leti tabeſcere formis,
Expugnate animorum aciê, & dicacibus armis
Vos quibus Aonij ſapiunt ſuper omnia fontes;
Non tamen, infirmis, linguæ tam futile telum,
Firmamentis, huic poterit defendere TOTI
Exitium, non; ardentem feruoribus Orbem
Omnes vobiſcum ſi Naides omnibus vndis,
Omnibus & pelagi-Nymphæ extinxiſſe laborent.
Adueniet iam ſumma dies, cùm culmine ab ipſo
Detractę rupes, & euntibus æmula ſaxis
Saxa cadent, ſonitúque ruentum onerabitur Orbis;
Aerij excuſſo trepidabunt vertice montes;
Ipſa ſuperciliis, vaſtóque interrita faſtu
Oſſa trahet, Rhodopéque iugis deiecta ruinam;
Frangetur cælum, diuulſáque mœnia Mundi
Corripient ſubito præeuntes impete terras;
Depreſſæ interea valles, vmbríſque natantes
Inſurgent rerum cumuli; iam partibus auctæ
Vſque aliis, capita extollent ſublimia moles;
Tempore item ex illo manibus ſub pectora fixis
Deflebunt nymphę; cunctum vapor aridus humorẽ
Excoquet, ambuſtis nec erunt iam flumina venis;
Quòd ſi fortè aliquid ſtagnis ſuperauerit altis
Nuper-aquæ; niſi fulmineo miniatus ab igne
Sanguis erit; tunc Oceanus flammantibus vndis
Flagrabit, fumíque globos iaculabitur aſtris;
Immanes orcæ in toſtis per littora arenis
Proiectæ, calidíſque vadis luctantia cete
Sternentur, caput immenſâ & vix mole mouebunt;

At latè horrendis ferient mugitibus auras:
Ipſe die-medij vortex ſublimis, vbi orbem
Sidus agit nitidum, plenáque in luce refulget,
Cærula denſabit tenebris; & conditus atrâ
Nube caput, totum inuoluet ferrugine cælum;
Ardua feruenti Neptunus ſidera curru
Irruet, incinctus fluuijs, æſtúque marino;
Cornigeræ Phaethon nigrantia plauſtra ſororis
Deſuper inuadet, victámque expellet habenis;
Præcipites cælo, noctis per inania ſtellas
Deruere armatas flammis; & findere nubes,
Cernere erit; trepidus timor vndique; & vndique luctûs;
Vndique tempeſtas; ſtridórque et mortis imago
Terribilis; tumidoq; ruens diſcordia greſſu,
Denſos inſtabunt cuneos, atque agmina iungent.
Tunc tunc vltoris capitales iudicis iræ,
Iræ, que noſtros iam nunc veſtigia figunt
Ponè pedes, nihil ex omni TOTIVS *amictu,*
Ardentem niſi torrepyram, flammáſque vomentem
Efficient; totum veluti ſtagnantibus olim
Mundum texit aquis, ſcelerum pertæſus amantes.
O iſtos nimiùm, fidei, vacuóſque pudoris,
Commentatores cæli, fatíque magiſtros!
Qui per ephemerides mendacia ſplendida chartas,
Annúmque audacter, menſemq; diemq; notarunt;
Qui debent annis, qui menſibus, atque diebus,
Claudere in extremam Saturni limina noctem;
Horresco meminens, gelidóque it corpore ſudor,
Atque adeo exſenſis torpent precordia fibris:
Iſte reducendus, poſitu qui calculus errat;
Mendax veſtra manus numeros male ſupputat eum;
Denſa per obſcure palpans illunia noctis,

Cęli tentat iter; cœcíſque inarata tenebris
Summè arcanarum indagat veſtigia rerum,
Quæs DEVS ipſe ſuis animi in penetralibus abdit.
Ille horas, manibus, ducentia pondera librat;
Ille tenet faſtos; vbi decretorius annus
Et cum menſe dies, rubricis grandibus exſtant;
Qui curſu celeres, & iter tendentibus alis
Occidui, citiùs properant inuadere terras,
Quàm quis eos noſter poſſit præſciſcere ſenſus.
Tunc demum tunc, ô Genitor, tuus vnicus ille,
Corporis, in ſpeciem, fragili veſtitus amictu,
FILIVS, ætheriæ linquet compaginis arces;
Mœniáque inuectum celebri Mundana triumpho
Innumeræ feſtis ſtipabunt plauſibus alæ;
Sidereúſque canens terris chorus omnibus ibit;
Laurigeros multo lucis cum folgure currûs
Ducet Amor, iungétque manûs Aſtræa iugales:
Omnes è tumulis populi longo ordine ſurgent,
Et quorum inſignes titulis fulgentibus vmbras
Lamna tegit, quóſq; alta vorant maris ęquora vaſti,
Et quos ignis edax fumo candente per auras
Diſſipat eructans; leti quibus antra fuêre,
Coruorum ingluuies; aluus vel auara luporum;
Omnes expergefacti, tanquam indice rerum
Ante oculos poſito, cum carnibus oſſa reſument;
Próque tribunali, ſummo ſub Iudice ſtantes,
(Prouocet vnde aliò haud quiſquam, nec ſe ampliet vllus)
Arbitrium hic vitæ, aut (eheu) necis audiet ille:
CHRISTVM alius dono veniæ, iuſtíque rigoris
Experietur, ouans, ſancto mollimine mitem;
Vltorémque alius, Regni pro iure, ſeuerum,
Et pœnę accinctum æternæ capitalibus armis;

Felix

Felix ille animi exiliet; crudelibus iſte
Supplicijs guttur iam non mortale necabit;
Inferni ille inter tenebras; ſublimibus alter
Deget fata locis: ô tu, qui Iudicis olim
Auſonij in noſtro ſenſiſti crimine vocem;
Sideribus ſonitum quando tuus Ales apertis
AEre dabit; cælíque volans, perq; vltima terræ,
Mundum inclamabit; iamiam crepitante ruinâ,
Vſque Lycaoniæ gelidis à flatibus Arcti,
Longinquos Nili ad fontes, Auſtríque cauernas;
Indiæ ab extremis ſero ſub veſpere terris,
Ad matutini flauentes Gangis arenas;
Tu Iudex, precor, eſto meus, cauſſæq; patronus.
Ille poteſtatis mentísque ſuperſiliens fons,
Et Mundi irrorans aſpergine templa perenni;
Ille DEVS, DEVS *ille, ſuæ qui numine vocis,*
AEſtiuis, Gelidis, Siccis, Humentibus omne
Confuſum Chaos, ex nihilo conſiſtere iuſſit,
Omnigenis illud cæpit decorare figuris.
Qualis in horrenti, brumæ ſub frigora, luſtro,
Occiduæ alternis poſt terna decemna lucis,
Informem parit vrſa molam; dein fingere linguâ
Continuò inſequitur, tepidíque afflatibus oris;
Nunc atrox caput & pectus; nunc elicit armos,
Lambendóque pedes; nunc diſcerptore rigentes
Vngue manûs; tali donec de corpore fœtum
Perfecti vegetet cunctos animalis in artûs:
Principióque DEVS *confuſis partibus, Orbi,*
Oris voce ſua, formarum afflauit honorem,
Infera diſpernens ſuperis; vrentiáque igni
Semina collecti, ſpatijs ſeiungere certis;
Et ſolida in patrios ſolidorum mittere fines;

Frigidaque,

Frigidáque, inſtituens, gelidis; humentia rori
Se miſcêre ſuo, quantum modus; interiórque
Naturæ ſpecies, menſuræ ac ponderis optet:
Atque ita (quod SVMMÆ *ingenium eſt mirabile* MENTIS)
Corpora formauit ſenis quæcunque diebus,
Participent cęli, ſeu ſint gentilia terræ.
Non quò non poſſet ſedes Mortalibus iſtas
Perficere incipiens, vel puncto in temporis ipſo,
Stelliferas liquidis incingere mœnibus arces;
Gentibus alatis auras celebrare nitentes;
Per nemorúmque domos, & denſâ fronde quietes
Illatebrare feras; ac ſpargere piſcibus æquor:
Arte ſed hæc tantâ generi palatia noſtro
Ædificans, iamdiu fierent quæ tanta futuris,
Nunc patrio quales impendat pectore curas,
Scire dedit; quantóque hominum vigil vſque ſaluti
Incumbat ſtudio, ſimiles quos feceret ipſi,
Nil non pollicitus totiens; & ad vltima cęli
Quos fert diuitijs, atque omni exornat honore.
Hoc item ab exemplo inuitur; Quicunq, calentis
Igne animi, ac cœcis famę calcaribus acer
Cæpit opus, ne prępropero citus impete mentis,
Pręter aquas fugiat Cyrrhę; ſed vbique moratus,
Sępe ferat referátque manum, patiéńſque reuerti
Mille vices, iterum reuens, iterúmque reprendat,
Feſtinans lentè; fit enim citò, quod bene fiat.
O mentis Mens ętęrnę; Lux vnica lucis;
Quę res ex illo genitali TOTIVS *aruo,*
Turbam inter ſtrepitúmque micat? quę dignior ire
Prima fuit, niſi fonte cadens ex æthcrio LVX?
Quâ ſine, quod pulchrum eſt, pulchrę ſit imaginis exors.
Fruſtrâ Timanthes, Satyris ridentibus olim,

Ingenti

Ingenti horribilem adspectu Cyclopa dedisset;
Nequiquam Icaridem Zeuxis; quasi textile velum
Parrhasius; Venerem incassùm pinxisset Apelles;
Desuper illustri affulgens nî lampade Phœbus
Volgasset tabulas, operę certamen & artis.
Luxuriosa Asię cur tale superbia templum,
Centum bísque decem, et septem sublime columnis,
Doctáque Chersiphonis posuissent cęla, Dianę?
Mausoli tumulum tanto dis fœmina sumtu
Cur exstruxisset? Pharię Ptolemeia turris
Gnidius innumeris opifex miracula scalis,
Cælo eduxisset? nigrę si pallia noctis,
Se quibus inuoluit stertens obliuio velis,
Priuassent hominum tam pulchris lumina rebus.
Nam quę cura prior; maius quod pondere votum
Artifici, qui totum animo partésque reuoluit
Magnificę molis; quàm purâ vt reddat apricam
Luce domum, nitidámque intus laquearibus altis,
Atque fenestrarum luxu veluti intertextam?
Circitor vt Mundi ille oculus, qui mœnia lustrat
Nostra obiens, reducémque facit vertigine cursum
Quôque die; hâc radios intro iaculetur, & illàc,
Omnibus éq; locis impensam exponat, & artem.
Turbantis fortè Oceani, cùm fluctibus omnem
Integeret massam, summos vi flaminis amnes
Exagitare sui, & procudere SPIRITVS ignem:
Vt quando infestis committunt pręlia signis
Hinc Notus, hinc Boreas, & sese flatibus inter
Aduersis, certant grauidas collidere nubes,
Quà locus ardentis subter fastigia Mundi
Eminet, ac Phœbo ęstiui stat meta laboris;
Ingeminant nimbi tenebris, mediúmque sub atrę

Curricu-

Curriculum noctis, pernicibus omne refulget
Fulminibus cælum, et vastis tonat ictibus æther.
Fòrs etiam obscurę sensim glomeramina molis
Euoluens DEVS, *ex igne primordia lucis*
Sumere, & in residem diffundere lumen abyssum.
Quid si fortè DEVS *massæ fluitantia circum*
Æquora, fulgentem radijs prætenderit auram
Lucis inocciduæ bis-sex labentibus horis?
Quam deinde inductis iterum subtexuit umbris;
Vt NOX *alternis aut hunc, aut* TOTIVS *illum*
Interfusa polum tenebris inuolueret udis.
Siue illos Phœbi altiuolos spectabilis ignes,
Qui totum iaculis auro rutilantibus Orbem
Irradiant, tamen alterius qui luminis essent.
Siue aliam magno succendit fulgure tædam
Fronte super molis mediâ; quam turbidus omnem
Vndique adhuc Nereus tenuit victricibus vndis:
Illa vehens reuehénsque nouam tulit ordine lucem
Post tenebras, tumidi obliquans curuaminis axem
Flexibus alternis fax illius alma diei;
Nunc Hyperionides qualis per cærula cæli
Pergit equis, claróque volans fert lumina curru,
Lumina supparibus tędam hanc referentia flammis.
VT IVBET, VT FIT LVX; *vt se citò vertit aceruus*
Ad speciem, primóque fores patefecit honori.
Huius purpureo lustratus lumine tædæ
Coccineam sumit chlamydem, & squallantis amictu
Corporis exutus, fulgentes induit auras.
Salue fulgida fax; Lucis tæda aurea salue;
Tædia quæ nescis; quam luctûs atque timores,
Et nox obscuris trepidans fugit ocior alis;
Tu Mundi lampas; Veri tu mater onantis;

Tu furum iuſtus terror, iuſtúſque latronum;
Pulchris tu ſpeculum formis; túque vnica rerum
Florem aperis; natu æterni tu maxima PATRIS;
O læti ſpecioſa tui miracula vultûs!
Talem etenim te diuinus te prædicat eſſe
Ille oculus, qui cuncta videt, cuîque omnia parent:
Nam DEVS *ipſe tui quanquam fabricator honoris,*
Non potuit non ſæpe ſuo diffundere laudes
Ore tuas, licèt in proprijs nimis vſque modeſtus.
Luminis ô veri genitor, qui cælite luſtras
Luce diem; qui nocturnam ſplendoribus æthræ
Exhilaras vmbram; qui perpetis alterа vitæ
Gaudia in æternæ ſtruxiſti fulgure lucis;
VERI-*Notities purum mihi luceat ignem,*
Ne titubans mandata animus cæleſtia frangat:
Te PATER; *ut clari tanquam ſub ſole nitoris*
Sobria firmemus certo veſtigia greſſu;
Vt DOMINI *decreta dies cùm venerit illa,*
Siderei cœtûs SANCTORVM *in luce coruſcâ,*
Phœbææ toti rutilemus lampadis inſtar.
Nulla ſed aſſidui ſenſûs æterna voluptas
Eſſe ſolet; grauibus ſatias interſtrepit alis:
Tempeſtiua iuuant, quæcunque cupidine mentem
Inliciunt; oculos ſpecies non-vna nioratur;
Pacem nemo magis votis ardentibus optat
Indubiam, pactæ fidei cedentibus armis,
Quàm qui diuturno gemuit ſub pondere belli:
Da mihi candentem viridis per prata Cayſtri:
Anſere cum niueo cygnum; da remige denſo
AEthiopes propiùs iungentes corpora corvos;
Albus nónne color magis eſſe videbitur albus?
Ergo Mundi opifex, labentibus agmine prono

Luminibus, nigras voluit succedere noctes;
Inq; vicem nocti vestigia radere lucem:
Nempe æstu incensæ quò temperet astra diei
Humida nox, lætúmque bibant gignentia rorem;
Vt crassâ nitidæ vireant vligine valles,
Fortiáque accipiant occultas semina vires.
Nox eadem hæc illa est, blandi quæ prestigijs nos
Irretit somni, miscrámque vrentia mentem
Pectore mordacis deducit vincula curæ,
Et quêis vexamur mœroribus, interiungit.
Nox certè hæc illa est, madidis quæ languida pennis
Orbe super tacito, mollésque natante per vmbras
Fert requiem, & supcris solatia depluit oris,
Ima per insinuans animalibus ossa soporem.
O miris Nox blanda modis! ô mellea! te te
Absq; foret, nil vita hominis, nisi fletibus horrens
Tartarus, atque auido in præceps specus esset hiatu.
Acris vbi Anxietas; vbi Liuor ab vngue paratus
In sua damna suo; spinis vbi pectus acutis
Saucia Auaricies; & mœsti incendia cordis;
At vitij vltrices pœnæ; mortísque figuræ
Centum terribili lacerent præcordia morsu.
Tu dea, dum lux est, quæ se melioribus ornant
Ad speciem laruis; & nostri in fronte theatri,
Illudunt oculis, mendacia detrahis ora:
Tu regem Nox alma pares pecorísque magistrum;
Tu reddis similes, putri quem culmine tectum,
Macerićque strepit patulis circum horrida rimis,
Et macri paullum, manibus qui versat, agelli;
Atque illum, cui matricis tot millia summæ
Fœnus alunt; centumq; seges sonat arida plaustris.
Tu Nox Graiugenam Soli propioribus altum

Aeribus

Aeribus, velóque illum, cûi barbara origo eſt,
Vno eodemq; tegis; tibi, Iudex ore ſeuerus,
Et trepidans Reus abſiſtunt diſcrimine nullo;
Nec tibi diſtincti, magnas cuî Delius artes
Monſtrarit; ſtolidáque cui natat inluuiê mens;
Seruitium dominóſque inter, te mancipe, nil eſt;
Per te, formoſo teter præſumitur idem,
Quippe tuâ tu veſte nigrâ Nox occulis omnes.
Qui meritus culpam, & miſeris damnatus acerbum
In lapicidinis exercet luce laborem,
Qui ſpelæa inter fumantibus alta caminis,
Auri ſcrutatur latebras, nitidóſque reſoluit
Argento latices, (nigrâ ipſe ęrugine fuſcus
Et ſpodijs) noſtrę illecebras & retia mentis,
Qui maſſas ferri teretes verſátque, liquátque
Vulcano ſtridente, adſtantumq;, ignibus actis
Lumina preſtringit; placidè tamen ire quietum
Nocte ſolet, lapſâ eructans vix forcipe ſomnos.
Nonne etiam in durum defixus brachia funem
Qui curuis impreſſa trahens veſtigia ripis
Nixatur fluuium contra, & pugnantibus vndis
Subuehit hærentem multâ ſub merce carinam,
Immodicíſque fluens ſudoribus, aggeris omnes
Incendit clamore ſinûs; cana flumina circum,
Et reboant ſiluę; placidè tamen eſſe quietus
Nocte ſolet, nudoq; iacens in gramine ſtertit.
Ille ſuam, rabido feruet dum Sirius ęſtu,
Sępe iterum exacuens, ſilicis luctamine, falcem;
Qui flaueſcentes maturis floribus herbas,
Cæſariémque arui, ſenium detundet honoris,
Quem cum Vere, iniens terrę adſpirauerat AEſtas;
Nocte capit ſomnos, ac feſſę coniugis inter

Am-

Amplexûs, ponit curam, luciſque laborem
Præteritæ; redeunt vires, ſolitúſque medullas
Inſinuat vigor, & recreata per oſſa reuertit.
Soli Mæonidæ, ſoli; quos æquus Apollo,
Reſpiciunt q3 nouem, Muſarum virgineus flos,
Temporis interea, dum Nox humentibus vmbris,
Noſtrum omnem hunc orbem complectitur; arte, viáque
AEquora ſub pedibus ſternunt; vbi flectere poſſint,
Et quatere ingentes animos; currumque volantem,
Inuidiæ infractum ſtimulis, aduertere cælo;
Quin ipſa inuitant Mundi ſuper aſtra nitentis,
Alite ſubvectum ingenij, doctiſque camœnis
Lectorem vatis, menſas inuiſere Diuûm,
Ambroſiaſque dapes, & dij pocula mellis.
Iam fore crediderat, vt præſentis ſumma DIEI
Hora notaretur, Saturniaque æra ſonarent,
Et venens iſto veſper me faſce leuaret;
Sed vix prima nouo præſpargit lumine Mundum
Pallida purpureos ſtimulans Aurora iugales;
Ecce etenim vlterior ſemper mihi cauſſa laboris;
AEtheriæ Alituum turmæ, cælíquæ cohortes
Auguſtæ, Genij inſignes fulgentibus omnem
Explicuêre armis aciem, ſeſéque recenſent.
Aligeræ mentes, ſeu vos ſub nomine cæli;
Hoc ſeu fortè DIE, *primi ſub voce nitoris,*
Conformare DEVS; *generíſue exordia veſtri*
Exſtíterunt pariter, cùm luci accenſus & auro
AEtheris oſtendit nitidos exercitus ignes.
Tempore ſiue alio natiuum TOTIVS *orbem*
Ante-eunt veſtri natales; prælia certè
Verbis nulla ſeram; partes nec Opinio noſtras
Experietur; vbi dubiam contendere cauſſam,

Non

Non tam sit tutum mihi; quàm summittere mentem
Doctrinę, rebusq; humilem me dedere Summis.
Hoc teneo firmum, vos omnipotentibus esse
A digitis factos; immortalésque vigêre,
Pulchrósque, integrósque iagilésque, acrésque, bonósque;
Proxima vt effigies, & vestri sidera vultûs
Fulgentes referant òculos, atque ora PARENTIS.
Sed Regis veluti, quos flatibus aura secundis
Blanda tulit, varijq; alto librauit honoris,
Primi sæpe agitant tacito molimine turbas;
Natalísque Soli facibus per compita tactis,
De nihilo, horribilis spargunt incendia belli,
Donec ad exitium merito pro crimine trusi
Præcipitent; tantóque cadant per hiantia casu
Infima, ventosis quantùm petere ardua pennis;
Spirituum haud aliter magnę mens inuida partis
Arma fremens, Fontémque modis aggressa superbis
Ipsis vnde suus manat vigor; impia iungit
Fœdera, de sceptri, rapiendóque Iura coronę;
Quę penes vnum omnis DOMINVM sunt vnica Mundi;
Ast illa inflati diri truculenta furoris
Errauit longè rabies, atque excidit ausis;
Nam DEVS ardenti nunquam non fulmine cinctus
Arma tenet, tantíque petens audacia belli
Pectora missilibus dedit atra ad nubila telis;
Nam Tenebrę locus est omnis, densáque profundum
Nigritiê barathrum, quò non summi ille PARENTIS
Se penetrat nitor, & felicia lumina mittit.
Illa cohors, tumidam cuî cæca superbia mentem
Fascinat, & donis genium præstantibus olim
Induit in rabiem, rê nos præuortitur vnâ;

Hac ſaltem, ſi non aliâ; quòd Tartara, norit,
Quantùm diſcedunt Cælo, tenduntque ſub vmbras;
Ambitioſi etenim emenſa eſt diſcrimine ſaltûs.
Cerberus interea, crudeliáque agmina fratrum
Non modò non curant, tetra inter nubila, plagis
Emendare animos, ſceleríſque excedere limen.
Cælitùs impacto meliores verbere facti;
Obfirmata etiam deuotę audacia mentis
Vt tormenta magis magis ad creſcentia duret:
Qualis in apricâ coluber qui voluitur herbâ
Saucius, ad tabem iniecto quem ſtipite paſtor
Conſciderat, magis ardenti fit vulnere ſæuus;
Irrequieta trahens diſſecto corpore membra,
Exſilit in partes, laedentíque obuia iactat
Ora, minas iterans, & colligit acrior iram;
Iamq; adeo emoriens infeſſis ſanguine linguis,
Expuit innatum virus, viuumq; furorem.
Nec pòſt iſte DEVM *exoſus, regno Aëris atri,*
Connubióque ferox Noctis, curę vlla rebelli
Laxamenta dedit; Martis veſanus eandem
Semper anhelauit rabiem; delêre PARENTIS
Æternum decus, & CHRISTI male perdere gentem
Viribus affectat totis; vt Corpore Sancto
Abripiat Caput; & rerum depellat habenis
Magnanimum Meſſiam; vtq; iſta per æquora nauis
Rectorem queat excuſſo detrudere clauo.
Aſt AVGVSTA DEI MAIESTAS, *lucida ſurſum*
Templa habitans, celeri horribiles à ſulfure bombos
Æmuláque ardentis violentas fulminis alas
Miſſilia irridet; ſubter quoque noſtra cauernas
Mœnia currentes, gradibus vel ad ardua fixis

Scala-

Scalarum longos aditûs; subtilia belli
Cetera de genere hoc, alia & quacunque queunt nil
Intactam aduersùs supremi Numinis arcem.
Dæmonis ergo animus, capiti cùm damna creare
Haud valeat, membris infligit vulnera mille,
Mille neces; trunci nequiens ex scindere stirpem,
Ictu, irritatus, ramos defringit inertes:
Non visco & calamis volucrem tot decipit auceps;
Non escis tot ferales fallacibus hamos
Æquoreo intentat generi procuruus in vndam
Piscator; non tot gelido sub sidere casses,
Et vigili adducit longos indaginis orbes
In fortem venator aprum, ceruumq́, volantem,
Queîs, nisi vepretis domus est, & inhospita dumis
Spiritus iste malus tacitas quot repperit artes,
Quótque dolos, & quot cæca molimina fraudis,
Ipsos in fraudum artifices; scelerúmque magistros.
Virginis illicibus pulchrę occultatus ocellis,
Impete lascuii iuuenem iaculatur amoris:
E nummis, auri laqueos, multoque catenas
Porrigit argento; sic aridiora recoctis
Pectora pumicibus, capiens, quæ fœnoris auctûs
Sollicitis reputant digitis, sortémne reponat.
Illos compedibus ligat ambitionis in Aulâ,
Regia dum ridet placidi pellacia vultûs:
Illum etiam pedibus (miserè quas deperit alter)
Diuitias conculcantem, per inania veri
Argumenta, per ingenij nugantis acumen,
Inlicio capit, & studijs vecordibus effert.
Mitto artes, atque illecebras; mitto ignea nutûs
Spicula virginei; curas, & friuola mentis

Auſpicia humanę, molliſque Parilia Romę;
Ipſa FIDES *huîc aſtutę ſunt retia vulpi,*
Ipſa FIDES; *(nec enim curat ſecedere Sacris)*
Decipiat verę quâ Relligionis amantem.
Omnia Centipedę ſimilis fraudemque venenumq́,
Et fœdam ingluuiem; nam corporis illa piloſi
Tractibus irrepens tacitis, per amœna virecta,
Auras ſub dulces Zephyri, menſéſque ſmaragdo
Lucentes nitidâ, fœcundi germina Veris
Graſſatrix latè populat, nymphaſque tenellas
Vndique deflorans, varię bene-olentia frondis
Vellera corrumpit; diri quę morſibus oris
Conterit in maſſas, vomituque infeſſa venenî
Sauciat affectas inhoneſto vulnere matres.
Callida Nocturni quem non aſtutia Regis
Falleret, & captum cæcis illuderet hamis;
Duratei quom ſæpe Dei, quom lubricus auream
Membrorum inſinuet glaciem; liquidumq́, ſonantes
Vocis in articulos torpentia labra reſoluat?
Qui modò Cumanę illapſus præcordia Vatis;
Virginis aut mentem Aonię; flagrantibus vrit
Afflatas ſtimulis, validámque in pectore verſat
Diuinante, facem; rerum vel vt abdita poſſint,
Fatáque præcipitis venientia dicere Cali?
Nónne Ebræorum poſtremi Iudicis vmbram
E tumilo ciet, ac tunicâ, ſumptóque minacis
Ore viri, certis Regem terroribus implet,
Triſtia vaticinans caſus decreta futuri?
Qui quondam Hammonis Garamantidas inter arenas,
Horrentis medio ſiluæ, nymphíſque propinquis
Vndique fontigenis circùm; furialibus Ignem

Conjcit hariolum flammis; perq; intima torquet
Viscera Pontificis; citus olli pectus anhelum
Fumus agit, miserique canens Mortalibus aui,
Occulta auguriis firmat sæpe Omina veris?
Quem non ille dolis, multáque exercitus arte,
Deciperet, fidens animi; manus æmula cuius
Frondentem ramum, mordacis in ora colubri
Mutaret, sæuis animans fera colla venenis?
Vitrea qui vertit septemplicis agmina Nili
Sanguineum in flumen? qui diuitis aurea lecti
Stragula, & insignes gemmis, sectóque Elephanto,
Innumeris Regum spondas bufonibus atris
Compluit, & virides sparsit, per millia, ranas?
Quippe hominum Conata videt penitissima quæque
Spiritus, etsi nec visus, nec cognitus vlli:
Principis ardenti sentit sub pectore motûs,
Et desiderij grauis æstum; insensilis ipse
Sit licèt; at longo Veterator callidus vsu,
Inde à præteritis, paribûsque similima signis,
Ad ventura trahens, animi conuertit amussim.
At magis vt fallat, pedicísque innectat aênis
Insignes animas; vt vtrumq; exculpere lumen
Ingenij, Cautósque modis subtilibus ipsos
Illaquearе queat, sua mox quæ facta sequentur
In populi effusis, prædicit, vocibus aurem.
Hoc quamuis homini breuius Natura reflexit
Curriculum vitæ; Mors & Natalis eisdem
Incipiunt à carceribus contendere metam;
Corporáque haud possint Animi momenta volantis
Nostra sequi; tamen ingenio vir præditus acri
Abdita pollentis per robora solæ metalli,

Abdita pollentis per robora ſola metalli,
Per lapidúmque aciem, & gignentibus ingenitam vim,
Mille dat effectûs varios; mille ardua rerum,
Digna PATRIS *manibus, qui lumine fulgida Cæli*
Mœnia conſtruxit, pontóque coercuit Orbem;
Cur non illa animos, noſtris Manus altior auſis,
Tolleret ingentes, maioráque viribus orſa
Ederet HVMANIS, *quippe æui obnoxia nunquam*
Vlli odio? longi increſceus quos temporis ætas
Simplicium (namſic Medici) ſecretius omne
Ingenium, & tacitas docet experientia vires:
Denique Cæleſtes Animos, habiléſque moueri,
Conugijs ſine corporeis, ſœx nulla moratur
Pondere terreſtris, ſua qui conamina quaque
Efficiant minùs; aut puncto non temporis aſſint.
Haud tamen immiſſis ſemper ſpatiantur habenis
Quò mens cunque vocet; tenebris vt mergere Terras,
Aut rapto Mundi imperio, male tangere poſſint
Corporáque & mentes hominum; DEVS *abdidit illos,*
Compedibúſque ſui, tenet inter nubila, Iuris
Vſque catenatos; nullo per aperta vagari
Vi vel momento liceat; nî roboris atri
Laxet clauſtra DEVS, *certíſque eliminet Actis.*
Permittente DEO, *mendax hîc Spiritus, olim*
Fallens mente inopem, ancipitis ſtimulauit Achabum
Ad belli furias; nil mox niſi ſæua fremente
In medij obiectans rabidos certaminis æſtûs,
Singultantem hoſtili animam mucrone recluſit,
Quę ſacro Idolûm cultu celebrauerat aras:
Talis item titulo venię, ſanctíſque tabellis,
Iobum animi tentans humilem, ſemel omnia victor

Cor-

Corpora dat famulûm leto, rerumq; ruinas
Funere permiscet generis; confusa labascit
Quà flammis, quà peste domus; ludibria mille,
Mille homini ærumnæ calices imuergit amaros,
Et caput indignis torquet miserabile pœnis.
Scilicet imiecti chalybes vt pectoris illos
Ignibus exploret Fidei; vt præcordia ductis
Ebria nequitiæ cyathis, dulcique veneno;
Impleat erroris, vetitos ac damnet in vsûs;
Istis sæpe aperit portas; qui semper eandem
Exitij tundunt incudem; illámque laborant
Viribus annixi totis, vrgere ruinam,
Primigenæ quam læta Homines per tempora fixis
Sub mentem furijs, Dirâ impellente, dederunt.
Transfuga sed veluti Geniorum turba furentum
Cogitur ingratis in sæuos sumere Reges
Arma; pios manibus, nolitq; velitq; tueri:
Parte aliâ coëunt, & pro Melioribus astant
Spirituum cunei præstantum, alaq; libentes;
Qui non sublimem nimiùm, nimiumq; profundam
Ire viam affectant, animis sed alacribus omni
Discursant æuo celeres, quò Numinis aura
Impete diuino stimulat, pellitq; volantes;
Nec quidquam in votis aliud, totáque reposta
Mente sedet, quàm laudis honos; iuuat omnibus ILLVM
Ferre ministerijs famæ, propriámque salutis
SANCTORVM in curam noctes vigilare diesque;
Ipsorum petulans animis non incidit ardor;
Aut studia in diuersa trahens, retrahensq; voluptas
Ollis ora DEI, atque oculos spectare nitentes
Ambrosia est, festumq; epulo solemnius omni;

Ollis per ſalebras Agni vepréſque reperti
Mens ſcelerum plorans, & amari è fletibus imbres,
Nectareus liquor, ac diu fragrantia mellis.
Ambitione furens humani pectoris æſtus,
Imperiúmq; fames, & ſceptri inſana cupido,
Regna nouis cumulant Regnis; ſed grandius illis
Mutatúmque ſuâ nil conditione requirunt,
Seruitio læti, ſanctóque laboris honore;
Vix etenim DEVS occulto quid dicere nutu,
Et leuiter clinare caput; vix pectore vellet
Volucres res tacito magnas, vbi oſpitis vſus
Poſtulet officij, vel rari exempla furoris,
Quin celeres per Inane volent, circumq; parati
Corripiant gyros, iuſſa vt Diuina faceſſant.
Agaris ille fugam, talaribus incitus alis
Aſſequitur, calidæ deſerta per auia Surę,
Dulces propter aquas; Ægyptiáque arua petenti
Conſilium rapit; ac curis inordacibus ægram
Mollius aggrediens, verbis ſolatur amicis;
Hic præit Iſaaci florentibus ære cateruis:
Thariadę datus ille fuit comes Iſraeli,
Mumuſtq; viam auxilijs, vbi frondea lætos
Gentis Idumææ colles palmeta coronant:
Pæonij prudens operis morientibus alter
Lucem oculis reddit, fœdę quam fortè volucres
Nephtalio eliſêre ſeni, laxantibus aluis.
Ille animi lætus, mulgentibus Aera pennis
Nazarethen properat, nec falſi nuncius oris,
Eſſe pudicitiam, Matríſque, & Virginis vnam
Signatę; florique nihil decedere fœtę,
Quem tenere decus ætatis, princépſque dediſſet

Gratia

Gratia, vitalem venienti in lumina oram;
HANC GENERI HVMANO paritura illustra salutis
Vnica, Germanum, Sponsumq́, et sanguine Natum,
Vnum eundemq́, suum Patrem; quin VIRGINIS illum
Pragnantis capiendum vtero, quem TOTIVS omnes
Non capiant Terræ, Pelagèque, nec Ætheris orbes.
Pennipedes alij studijs ardentibus assunt
Per damnata situ præruptæ saxa Petræ,
Remigio aduecti celeres; famulantibus omnes
VIRGINEO hûic NATO, manibus, pedibúsque paratis,
Illum alius viridis oleis delapsus in hortos,
Horrentémq́ animo, & mortis crudele prementem
Supplicium, instigat monitis; quæsítque, refusum
Vt calicem educat, SVMMI mandata PARENTIS
Néue velit damnati Orbis se deesse saluti,
Per potiùs ferat obdurans, maculámque repurget,
Noctipotens GENTI HVMANÆ quam fecerat HOSTIS
Ætherias alius fert gaudia nostra per auras
Femineum in cœtum, mœsto qui vulnere fixus,
Ibat acerbà dolens, liquidæ conchylia nardi,
Myrrhaíque alabastra ferens, & turis odores,
Inferias CHRISTI tumulo; quem lumine cassum
Lugebat, curísque animum lacerabat inquis;
Ille ergo approperans, busto super adstat inani,
Candidus, insignis; CHRISTVMq́ redisse sub auras
Et reducem viuos animam spirare per artûs,
Demonstrat, spondetq́ fidem; quos Magdalene
Et comites, tumuli subter glacialibus vmbris
Crediderant gelidos, Summamq́ sub Alite summa
Expectare Diem, & mutantis sæcula Mundi.
Ille amnis arefactâ de stirpe parentum,

Seps

Spes vbi nulla ſuper ſobolis; gelidúſque natabat
Per ſteriles humor venas; ab origine tali
Fatur, Iohannem venturum, & tempora ſigni
Arcani partûs, fulgens altaria circum.
Ille inter dumos, igni flammantibus alis
Fulmineus, latè nitidi loca luminis implet,
Iuſſa miniſterijs properans; deducit Ouilis
Paſtorem oppreſſi, tutúmque fauentibus oris,
Vî procul, & trepidâ longè à formidine ſiſtit.
Temporis ille aluus momento, mille per agrum
Funera, pérque domos, quà dutis flumina Nilis
Interſuſa ſinûs, tot cis labentia ripas
In mare feruentem ſpumis ſtabulantur arenam;
Occidit pecudumq; mares, generíſque Loquentum
Primigenos; niſi reſperſis vbi poſtibus ædes,
Sanguinis agnini titulo, data fœdera ſeruant.
Hic gladios rapit ancipites, circumq; ſedentem
Mœnia Sennacherib denſis Solymeia turmis,
Arduus inuadit; faſtoſi ingentia centum,
Ceu virides herbas, numerò metit agmina Martis;
Tanta etenim fuit iſtius veſania Regis,
Numinis vt ſummi ſolio, nec parceret arci;
Mendaceſq; deos ſtolidus componeret ILLI,
Non imitabilibus Terram qui rebus & Vndas,
Ornauitque leuem ſtellantibus Æthera lamnis.
Ergo triumphales, & victi Marte feroces
Omnis ad Assyram populi; Nabathæaq; longè
Regna ſuper, ſtetêrunt plenis per aperta locorum
Chaldæę campis acies; penitúſque ſub ipſam
Incubuêre, cauis, vallóque, & cominus actis
Hinc atque hinc firmis Vigilum ſtationibus, Vrbem

Vrbem

Vrbem, aris quę sola pios imponit honores,
Sola DEO *ritè obsequitur, quem nullius vnum*
Sors adeat, summis pollentem viribus æui:
Arctaq́; tam fuit obsidio, vix passer vt ædem
Desereret leuis impunè, prætereq́; volaret.
At pius Ezechias oculis in singula fixis,
Nunc miseros intùs ciues, nunc fata cadentis
Horrescens gemit Imperij; nunc vincla clientum,
Natorúmque neces; nunc probra oblata pudicis,
Regaléque nurùs, constupratáque puellas,
Conqueritur, proprio adspiciens in corpore secto
Mille cicatrices; iusto sine honore, Sacríque,
Augustos delubri aditûs; nunc turis acerram
Cernit odoratos abolere altaribus ignes,
Ac solitis non halantem nidoribus aram;
Deesse DEO *famulos, templumq́; carêre Ministris;*
Nunc hos, nunc illos casûs, omnemq́; pererrans
Infandi luctûs seriem, seſe obruit alti
Illuuiê cineris, saccóque madentia circum
Membra datus, Cælo palmas & brachia tollit;
Huberibusq́; scatens lacrimis, & pectoris æger,
Summisso comptos animo prætenderet amos,
Ac pacem petere ætherijs ex arcibus, instat.
Qui verę precibus Fidei bonus arrigit aures
Audijt orantem, celeréque ardente sagittas
Corripiens dextrâ, subitis tentoria flammis
Terruit iniectis, & scæuo afflata timore
Pectora Ninigenûm domuit, dum mœnia circum
Ad medios isti sub papilionibus ignes
Eructant somnum securi; flectit ad Vrbem
OMNIPOTENS *oculos, purgat quibus aëris auras*

Lumi-

Luminàque obtutu voluens ad castra seuero,
Iam gladiatorem infestum, cædésque ferentem
Legat in Assyrios; qui ferrum immanibus ancep
Ventilat euibrans manibus; nec militis aufert
Vnius attactis capulas; vno, agminis, ictu,
Agmina interimit cuneos; perq; ilia turmis,
Per laterum crates, lumbósque euerberat ensem;
Nunc leuis à tergo, nunc fulminis instar in ora
Irruit effluuio fœdi miniata cruoris;
Per galeas, scutíque orbes, pérque arma vagatur
Omnia, ceu neruis celerem tendentibus arcum
Incita cedentes in ventos fertur arundo.
Pro se quisque fugit trepidans; sed tardior illis
Cursus erat, quàm romphæe celerata volantis
Vulnera, quę Terras inter rutilabat & Auram;
Nulli visa manus; sed vt irrequieta videmus
Granifragis sua vela molis; qui sibila versat
Brachia, non tuimur ventum; sic dira per vmbras
Supplicia ingeminant, solúsque intermicat ENSIS.
Occultâ feriente manu: vix astra cadebant
Vltima, & albentes quatiebat Pegasus alas,
Frondentem longè Libanum, reddensq; colores,
Nox oculis quos abstulerat, de mœnibus Vrbis
Conclamant Vigiles, illo qui fortè laborem
Tempore sortiti, excubijs tetigêre Dianam;
Cùm stratas cernunt acies, & fusa per agros
Centum octogintà cæsorum & millia quinque.
O quæ tunc mœstas hilararunt gaudia mentes
Iucundum! quàm multa choris fremitúque voluptas
Emittit, longos inter subitaria luctus,
Cùm tot victa virûm, cruentoque effleta cruore

Millia

Millia mirantur, quærunt q3 potentibus armis
Victorem, & gemmis signant candentibus horam.
SANCTORVM sancti Vigiles, nostræq3 quietis
Præsidia, æterni celsam qui fulguris arcem
Incolitis, propiùsque DEO, consistitis ipsi;
Legati illustrem nobis mandata per auram
ILLIVS affertis, qui terga audacia rupes
Fulmmibus quatit, & valles attollit in altum;
Vos genius interpres, Genij, commune Políque
Terrarúmque Solo; vestras ego longiùs alas,
Et celeres gyros, clari nouus Ætheris hospes,
Seruarem, pennâ inferior, sequererq3 volantes;
Sed quòd iter longum, ac tenui vix tramite notum
Carpere mens agitat mihi; si vestigia primo
Accelerem incessu nimiùm, nimiumq3 facessam
Progrediens, metuo vt possim perferre laborem:
Qui muros hominum ac mores, sepostáque Terris
Visere ad Imperia, egregiæ calet impete mentis,
Tempora suspensus primi per tota diei
Vix tandem patrios, sat habet, liquisse Penates.

BART-

BARTASIADOS

De Mundi Creatione

LIBER SECVNDVS.

Illi omnes DOCTI, *quorum pellacia linguæ*
Mellea adulantis, rugas infucat anles;
Vulgiuagæq; aliquod Veneris commune sepulchrum
Laudibus insignit castis, Lucretia quales,
Tota pudicitiæ, meruit; Quêis improbus iste
Pumilióque, nothúsque puer, cuî lumina claudent,
Non modò Maiores inter venerabile Numen,
Sed ditione Deos premit imperiosius omnes;
Quid nisi versantem cumulos male pinguis arenæ
Futilibus curis operam cum semine perdunt,
Ridiculiq; leuem venantur retibus auram?
Famâ nescio quâ, & sufferti murmure plebis,
Quisquilię, nugas (vt inutilem aranea telam)
Arte neunt, pretij steriles, vanique laborum.
Nil quamuis aliud magis exoptabile parcas
Irreuocabilibus fugitiui temporis horis;

Illorum

Florum haud validè quærere, pereuntibus annis,
Æui iacturam, consumtáque sæcula gerris:
Illicibus nî Musa modis, oríque diserti
Præstigijs fallax, Lectori innectere fraudem,
Et queat occultę contagia spargere labis;
Ferale iniĕciunt blandâ melliginis escâ
Hippomanes, numeríque malum genialibus ignem
Visceribus quem mox iuuenis sitientibus hausit,
Pabuláque ardenti quærens male-sana palato,
Sæui animum induitur laqueo, iam captus, amoris.
Mentem in præcipiti stantem, primíq; frementem
Arma rudimentis, Paphio ceu fulmine tactam,
Carminis aggressi modulis, quà cæca labantes
Pectora dant animos, deuoluunt sedibus altis,
Compelluntq; solo: Sese dementibus inter
Delicijs certant, melius quis lubricet æui
Culmina florentis, mox vt iuuenilia prono
Exiliant lapsu vestigia, versa deorsum,
Ab nemore Idalio quę cantica Cynthius ollis
Aspirat tam blanda suus, sunt flamine multo
Ventosi folles, per quos letalibus ignem
Expediunt flammis; teneri quem pectoris aula
Sub cinere occultum pudibundo intacta fouebat:
At mihi DIVINAS fixum sedet cedere LAVDES
Quod sit cunque istud, quod amantis Gratia Cali
Ingenium dedit, aut studio quod prendimus artis,
Naturâ monstrante viam; sub Sole, per vmbras,
Scribere fert animus, quę nulla pudentibus ignem
Iniĕciant oculis; aut casto virginis ore
Ingenuum excutiant, verbi leuitate, ruborem.

Te; qui doctrinæ assiduis fons limpidus vndis,
Et Mundi mens es; quoniam tibi Carminis huius
Scriptorem quamvis humilem, qui perpete famam
Ferret laude tuam, placuit, tot nominis inter
Egregij Vates, legere; vt de cuspide nostrâ
Nectar, queso, fluat; pleno huc huberrima cornu
Copia se iungat rerum, sublimiáque alto
Tanti Argumenti secter vestigia passu,
Quà liceat tenus; & densis silua aspera dumis
Ne mihi curriculum impediat, fossisq; moretur,
Sterne viam, ac longo lumen præpande Labori:
Quo duce venturam possim præuertere noctem,
Huius vbi innuitur locus interiungere Lucis.
Longè illi, ac latè tractûs, altumq; profundum;
Finitis illud confinibus Infinitum:
Ille ingens Mundus non-Mundus; turbinis atri
Immensum Chaos, & secum quod bella gerebat,
Temporis articulo, in Nihili regionibus amplis,
Ex Nihilo, immanis fieri miratur acervus,
Et stirps Naturæ; cuius de principe Cælum
Materiâ; ducúntq; genus socialia rerum
Semina, quadri iugo quæ nunc Elementa tenoris.
Materiem hanc Orbis, proles ceu quattuor vno
Primigenas partu, reliquísque coagula cunctis
Corporibus, Maria Oceani, Terram, Aera, Flammas
Principijs non compositis existere pono;
Apta sed ex illis quaque afficientia sensûs,
Temperie tali, qualem Natura poposcit.
Siue suas misti exercent in corporis vnâ
Saltem parte aliquâ priuas Exordia vires;

Siue

Siue poteſtatem ſimul omnes ferre per artûs
Confuſam q̃ aciem ſoleant immittere toti,
Corpus vt efficiant naturis quattuor vnum:
Conſpicis vt calice in vitreo florentia Bacchi
Munera miſceri, & faciles perſidere nymphas;
Aut veluti cibus, & vini ſaluberrimus humor
In ſtomachi fundo ſunt confundentia ſeſe,
Donec aceſcentem in ſuccum, roſeíque liqueſcant
Sanguinis in riuos; trepidans quem vena canales
Per varias vehit, & toto cum corpore miſcet.
Si viridem circumtitionem vertitur ardor,
Nónne vides patrios versùm ſe tollere fines,
Ignis quicquid ineſt; concreſcere q̃ aera fumis;
Delabi in cinerem natalis ſemina terræ?
Vnda per exſtantes ebullit feruida nodos.
Non ciuile aliud bellum dat habere tenentes
Corpore temperiem in noſtro, pacem q̃ tueri;
Nam caro materies terrenæ eſt maſcula fœcis;
Ignis, & illudens vitalibus aer in auris
Commeat æternùm; ſiuus eſt, aqua, fuſilis humor:
Omnino pars nulla ſuper, vegetata valenti
Corpore in humano, cuî non primaria vires
Semina quæque ſuas altè compacta refundunt.
Quattuor exiſtis tamen vnum fortius eſſe
Cæteraq̃ imperio premere experientia monſtrat;
Sanguineâ in maſſâ, ſpiſſi fœx lenta cremoris
Qui gelat in fundo, ſunt atræ tartara bilis,
Terrea progenies; aſt aeris irriguus fons,
Sanguinis eſt puri dominus, medióque rubellus
Amne natat; laterum ad ripas diffunditur humor
Principialis aquæ; ruſſum ſe puſtula flumen
Qua ſuper ebullit, choleræ eſt ardentior ignis.

Non quòd Materiæ animali in corpore ſemper
Vna regit, ſunt imperij momenta, vicéſque;
Regnatum quam puncta vocant, ſeruire clientes
Cogit ad arbitrium, veterémque nouare figuram;
Nempe bonus veluti quocunque ex ordine ciuis,
Nec generis ratione habitâ, nec diuitis arcæ,
Præficitur, parétque vicem ſummiſſus in vrbe,
Quę ſit cuiq; meris dominantum libera iuſſis,
Mox vbi mutatos videas cum principe vultûs;
Plebs etenim incertâ ſtudiorum mobilis aurâ
Aſſimulat Regis varios ex tempore mores.
Nónne quod in lætę dominatur germine vitis,
Principium, aut calidâ, aut vinum facit indole ſiccâ
Irriguámque alij dat vinę natalibus illud
Frigiferum ſuccis: quali miſtura vigóreque
Prędita temperiê, talem conſciſcere guſtum,
Effectíſque adigunt alijs pollêre vicíſſim;
Temporis vt tractu medij molleſcat acerba
Durities, mitémque, humor iam coctilis uvę
Feruеat in muſti laticem: flos deinde Lyęus
Spumantes pateras, carcheſiáque alta coronat;
Inuictum glaciê ſe denique reddit acetum,
Cui generoſa nouis inoleſcit viribus ętas;
Viribus; e veteris quę manant ſemine vini.
Quem gerere imperium iuſſit, rerúmque potiri
OMNIPOTENS, magnâ populos ditione tenebit,
Donec ſceptra bonis ſummittit legibus, omnem
Extra odij cauſſam, nullo in diſcrimine vitę,
At verò ſitis humani quem ſanguinis vrit
Damnandis acuens ſemper cruciбus enſem,
Haud longè huîc aberit, ſtantit quin proſpera regni
Vertat fata ſolo, nudétque habitantibus; vrbes,

Non

Non aliuṁ inter ſe ſortiri Elementa tenorem
Corpore, crediderim, in noſtro; quæ principis inſtar
Materies, æquo teneat ſi iure ſorores;
Si modus, alterníſque obiens ſucceſſio Regni,
Vnamines ſeruant Regem Humoréſque clientes,
(Sint licèt ingenijs ſeſe diſtantibus inter)
Vita manet, vegetúmque alacri decus enitet ore.
Sin eſt, vt ſocias dominatu vexet iniquo,
(Qualis in Aeneadûm Imperio teterrima quondam
Beſtia, Cæſareę ſerpens infamia gentis,
Optauit demens, cunctis vt ciuibus vnę
Eſſent ceruices; vno quas barbarus ictu
Decutere, atque vnâ poſſet tumulare ruinâ)
Occultis vitium faciet domus intima rimis;
Iamq́, putrefactis dilabi partibus omnem
Conſpicies, quà ſortè foras, quà verteris intrò
Lumina, in humanis non caligantia rebus.

Hinc etenim aſſiduè increſcens Acheranticus humor;
(Hoſpita quem iccoris glacies, nec idonea victum
Concoquere, extremos penetrat ſub corporis artûs,
Interiore cutis ſpatio:) let alibus ægrum
Tendit corpus aquis; vdæ diuergia ſordis
Obſtruit, & putridis animam pulmonibus angit:
AEternumque ſitis fauces ardoribus vrens,
Fluminis in medio nimij, crudelia lentis
Supplicia exercent ſtimulis facibúſque retuſis;
Nec facit vrendi finem, dum reddita terræ
Oſſa diem expectent, quæ Mundi hoc finiet æuum.

Haud aliter, nimia ariditas, atque aſpera Terrę
Imperia exhauſto generant in corpore febrim
Pigra quidem lento quæ fert veſtigia paſſu:
Segnibus attactos vitijs, putredine longâ

Lancinat, obscuris lambens præcordia flammis;
Tormenti genus ancipitis, neruosq; fluentes
Debilitans sensim; quod pectore gaudia toto,
Lætitiámque fugat voltu; viui ora coloris
Pallidulo immutans, almisq; exanguia succis
Membra inians, omnes delibat corporis artûs:
Scilicet vt proprius funalia conficit ignis,
Séque suis pascunt paullatim abeuntia damnis,
In tenues donec fument delapsa fauillas:
Nec facit vrendi finem, dum reddita terræ
Ossa diem expectent, quæ Mundi hoc finiet æuum.
Vel quando nimius sæuis ardoribus Ignis
Ius rapiens, calidam accendit sub pectore febrem,
Torrida turbato celerans arteria pulsu;
Asperat albentem linguam, rigidumq; palatum;
Ora efferuenti infatuat squallentia limo;
Tot cerebro effigies; falsis tot inania visa
Pingit imaginibus, res quot Natura creauit;
Quot sublesta oculis casus simulacra figuret;
Quotq; operum insignes faciat mens Dedala formas
Nec facit vrendi finem, dum reddita terræ
Ossa diem expectent, quæ Mundi hoc finiet æuum.
Quale etiam incano nimium quod vellere frigus
Induit annosum caput, & crescentibus vsque
Extenuat carnem pituitis; iamq; senilem
Imporcat frontem rugis, & lumen vtrumque
Deprimit insodiens; hominem quod nocte dieq;
Ingratum sibi, & ætatis sub mole gementem,
Debilitat magis ac magis; infusumq; medullæ,
Omnibus exhaurit calidis vitalia succis;
Nec facit exitij finem, nî conduta busto
Ossa diem expectent, residesque quæ suscitet vmbras.

Sed

Sed neque Principij hoc nimio, quod diximus antè
Ad nihilum redigi quoquam de corpore, credas
Posse aliquid; nam prima modis corpuscula nullis
Læsa fluunt; species saltem formæq; faceſſunt
Mille vijs, hæc vnde oritur reparabilis ætas,
Summáque ſufficitur rerum; non perdere quidquam
Non augêre ſui, quippe impatientia, poſſunt;
At quęcunque auidi veniunt in luminis oram,
Materiæ ſunt matris opus; quæ condita primùm
Auſpicijs Nihili, rebus dedit omnibus ortum;
In gremiúmque eius, quidquid Natura reſoluit,
Commeat immigrans iterum; Veneríque repoſtum,
Immortale manet; poſtquam ſemel ìmpete vocis
De Nihilo, OMNIPOTENS, TOTVM hoc immane creauit,
Haud, fieri ex Nihilo quidquam, nec poſſe putabis
Intirimi ad Nihilum; nam quidquid naſcitur, aut mox
Quod Libitina rapit, formam niſi mutat cuntem;
Longiùs interdum tendunt natiua figuras,
Interdum breuiùs, denſis modò partibus augent;
Et tenui modò ſe ſtringunt ſubtilia filo,
Certè equidem ſi materiæ ſine principe cœtu,
Hos quæcunque mouent ſenſûs, exiſtere póſſent,
Ipſa tibi Cererem pareret ſine ſemine Tellus;
Charáque natorum ſoboles è virginis iret
Intemeratæ vtero; locus omnia gigneret omnis;
Oceani paſſim tumido ſub marmore capri,
In ſiluis fierent ſtabula inter frondea cete;
Aeris in patriâ ventoſi, ac nubibus altis,
Lanigeri per ſe pecoris dux poſſet oriri;
Cornus, & vmbriferæ platani, fœcundaq; pinus
Cæruleæ exſtarent è gurgite Neptuninês,
In quercu pendêre nucem, teretîſque videres

Panicule trochlos; lentis illudere glandem
Et gallas corylis; trepidam generosa palumbem
Audaci pareret volucrum regina, marito;
Illa suis aquilam temerè procuderet ouis.
Corpora si valeant per sese explêre staturam,
Temporis in punctо; spissum qui surgit in augmen
Esset homo tantus, quantum maturior ætas
Efficiat; densos gracili pro vimine truncos
Subijciant siluæ, solidissima quæque ferentes
Sponte suâ, vix quanta forent compluribus annis.
Maternis depulsa nihil hos Luca papillis,
In tempestiuùm turrito corpore posset
Arma virosq; pati, & sæuum consistere Martem;
Ex aruo exilicns genitali himniret ad auras
Pullus equæ, pugnásque daret, currúmq; volantem
Quadrupedans raperet phaleris animosus et armis,
Si Natura suis posuisset tempora rebus
Veri vlla exitij, fierent vt corpora leto
Interiora nihil, nostros fugientia sensus;
Occultis igitur semper labata ruinis
Materies, tacitóque grauis sub voluere limæ
Tandem deficiens se perpete, cassa tenoris,
Interitu obrueret: Quòd si truculentia Parcæ:
Quodquid fregisset, consumere pergeret vltrò
Dissidijs æui assiduis, vt tempore nullo
Res possent refici; ferret Mors omnibus vnam
Perniciem, nihilíque semel submergeret vndis.
Imbribus imbuti, & fœcundâ vligine colles,
Altáque contortâ percussi grandine montis
Culimna, se molli imminuunt stillantia limo;
Depresse interea valles, & idonea surgunt
AEquora graminibus, terræq; accessibus augent;

Alluuies quidquid Rhodani, vel turbidus Ister
Demordet ripis, vicinâ in margine reddit.
Quas pater ipse AEther & mentem inflammatis amore
Deliquias cæli, ac gemmas candore nitentes
Coniugis inuergit gremio; per rura, per agros,
Pascuáque infusus; reddit viridantibus illa
Seminijs miscens siluarum, & mollibus herbis,
Non vno tenerum didens stiramine succum,
Germinis in venas varij, humectátque medullam
Hîc nitidæ lauri, violæ spectabilis illic.
Nónne vides vno rudis è glomeramine ceræ
Formas mille trahis? numero tamen illa modoq;
Vno eodémque manet: Variantia TOTIVS *ergo,*
Non ignara tibi; potes hinc motumq;, vicésque
Mutantésque animo rerum comprendere formas;
Massa illa informis, mollíque simillima cerę.
Materies Mundi est; quæ non mutabilis ipsa,
Innumeras sumit species, mutatq; colorem;
Forma vicem signi est; qui cancellarius ipsam
Imprimit effigiem, superûm sator, atq; hominum rex
Noctes atque dies, vario tam ductile vultu
Materiæ corpus; iam signis, iámque sigillis
Obsignans proprijs, Naturę sponte figurat;
Et nitidam, aut turpem imponit pro tempore formam.
Heîc sibi nil constans; ortûs obitúsque vicissim
AEternas scribunt in eodem Limite leges:
Alterius sine perniciê, pote corpus oriri
Nullum aliud; moriente genus de corpore surgit:
Vnica Materies æuo intemerata, voracem
Effugit ingluuiem, & nunquam farta ilia Mortis.
Hac DEVS *in tabulâ, docti per pollicis artem*
Ludit imaginibus, lumen dimensus & vmbras:

Hæc eadem quę Materies est TOTIVS *aptum*
Ex fese corpus; nullâ penetrabile plagâ;
Nexûs principium, & Mundi commune patentis
Concilium, variæ recipit discrimina formæ;
Compar tota sibi, tota & compactilis in se;
Ipsa volubilitas cæli irrequieta volantis
Nil dat, nill adimit; primo immortalis ab ortu
Vsque manet; tantùm iunctis in portibus ipsam
Sæpiùs inuertit faciem; pluréſque figuras,
Quàm tot qui vultûs pelagi capit incola Proteûs;
Aut quot versuto polypi sub pectore fraudes.
Francigenæ veluti peregrinos sumere mores
Nescio quâ leuitate solent, extrariáque omni
Vestimenta sequi meliùs, certamine certant;
Vix albi totiens mutant velamina lini
Intima, quot variæ inueniunt noua ludicra vestis.
Laida qualis amor, (miro qui feruidus æstu
Fluctuat, & cupidam prohibet consistere mentem)
Per desideriȳ, per mille, libidinis ignes
Raptat agens, auidísque coquit prȩcordia flammis;
Formas vsque nouas, mollis noua gaudia lecti
Flagitat insatiabiliter; vix missa lacertis
Paullò antè amplexi iuuenis, desiderat inter
Iam cadere alterius; crescenti extrema furori
Fert noua vota Venus, tenditq; Cupidinis arcum.
Materies tali molles percussa medullas,
Gignendiq; ardens studio, licèt omnibus impar,
Vnîus regione loci, vno tempore, formis;
Diuersas species, & succedanea rebus
Ora facit; nostris, faciem, quæ sensibus instet,
Deleat vt facies, quam deleat altera rursum.
Illa per innumeras gradiens variantia formas,

Gor-

Corporeúmque fluens interneciónibus augmen,
Ex Elementorum rixâ & certamine fiunt;
Hæc etenim inter se diro crudelia morsu
Carnificant, morbíque vias mortíque recludunt,
Progenièmque agitant, nix vt tabescit in vndam,
Vnda niuem induitur, natæ, matréque vicissim.
Singula; naturis pollent Elementa duabus,
Imperij, quarum vna, meri sortitur honorem;
Altera summissa est. Sed vbi pugnacia vires
Ingenia aduersæ stimulant, maioribus arma
Exercent odijs, molimineque incita longo
Ad casûs vigilant omnes, neque sæuus omittit
Quidquam animus, quò se valeant inuoluere damnis.
Arida vis flammę, liquentíque humor aquai
Tangere se fugiunt, exsucco frigore Tellus,
Aeris haud facilè est tepidum subitura liquorem:
Has etenim lites, æternáque prælia sæuis
Ingenuit Natura odijs; ergo aspera belli
Vsq; adhibent studia, et sumptis versantur in armis
Prima quidem Tellus, celeriq; resoluitur Aer,
Versus hic in flammas, in Aquam mutabilis illa,
Nempe quòd alterius conspirant semina bilis,
Alter áque ingenij species; vt singula eorum
Oppugnent citiùs vincántque ex hostibus vnum
Quàm plures; cedantq; æquo primordia Marti.
Ergo coniugij quòd sanctus corpora nodus
Prima ligans, (æuo donec successerit æuum)
Omnes progeneret Mundi variantis alumnos,
Dissidijq; eadem crudelibus interimunt res,
Quas oculis cunque aufugiens substraxerit ætas;
Non nisi mutatis paullùm serieque locísque,
Quam dederant, speciem inuertunt; quę q; obsidis illa est

Matę-

Materię leuitas, alio dant corpore fœtûs,
Effigiéque aliâ; facies quibus ista decentis
Eniteat Mundi, & non vnum ostentet honorem.
Scilicet vt discors aliquot concordia neruos
Dimensis iungens numeris, plus mille figurat,
Vibrißátque modos; quorum miracula molli
Suauè susurrantis dulcedine tincta camenę,
Auscultantum animis, captas geniale per aures,
Insinuant nectar, semesáque pectora sanant.
Aut veluti nostris elementa in versibus istis
Vnum & ter-septem, solas migrantia sedes,
Tam faciunt varię diuersa vocabula formę;
His adeo hæc eadem toties mutata figuris,
Codice in hoc omni, mentis quę suggerit ardor,
Non nisi dispositûs alium sortita tenorem,
Innumerabilibus ditant mea carmina dictis.
Nec quare OMNIPOTENS *Elementis iura quaternis,*
Ac certo abstantes descripsit limite metas,
Caussa latet, SVMMÆ hęc fulget SAPIENTIA MENTIS;
Illa etenim tum quanta forent, tum qualia, sedes
Pro re nacta suas, spatijs affinibus hærent.
Maßam vidisti grauidam quicunque metallis
Vulcano superante coqui, penitúsque calentem
Liquier, ac sensim diuersos mittere fontes,
Auro nónne solent auri concurrere venę,
Gentilíque sua argentum? nónne æribus æra
Se sociare suis? vno, inquam, è corpore mixto
Distinctos varijs manare coloribus amnes?
Illum oransino rutilum, mediumq; nitêre
Candentem niueo, atque alium pallescere flauo?
Non ergo ignoras, postquam DEVS *annuit ore,*
Principijs proprij designans limitis oras,

Igni

Igni ſeſe ignem, liquidis ſe fluctibus, vndam,
Aeribúſque auras, terræ ſe adiungere terram.
Sic igitur fæces, & ſegni corpore limus
Molis inornatæ, ſe ſponte recepit ad imum;
Ignis, quippe leuis, diuerſóque impete pollens
Euehitur ſurſum; punctóque in temporis vno,
Quaquà nactus iter, tumidæ per inania maſſæ
Spiramenta volat, flammiſq; ſequacibus altum
Pondere-librati laquear citus arripit Orbis:
Qualis vbi auricomis rutilans Tithonia bigis,
Cambalidûm ſummos perfundit lumine montes,
Humor ſudat aquis, Neptuniáque antra vaporant,
Aerios tractûs inter, liquidúmque teporem
Per campi venas calor vuidus halat hiantes;
Cæruleúmque leui inuoluens glomeramine cælum
Diffuſas vitreo ſubtexit corpore nubes.
At mouens idrerum OPIFEX, ne feruor ab Igne
Tam validus, qui parte ſuos obſidit ab omni
Inferiùs fratres paruis ſi ſimbus abſtet,
Mœnia corripiat rapidis contermina flammis,
Cumque ſuis omnes populus incendia terris
In cinerem vertat; tanti inter pectoris iras
Oppoſitum dedit Arbitrium rectéque potentes,
Hinc Amphitriten Nereida, Nubibus illinc
Aera ſtipatum imbriferis; nam ſiſtere bellum
Haud potis hoc erat alteruter; Maris agmina ſalſi,
Et dulces Fluctûs cauſſam Telluris agebant
Cognatæ; liquido affinis ſtetit Aer ab Igne,
Hî ſed vtrique ſuos ſe partiti inter amores
Quod noua vaſtaſſet dubio procul atria Mundi
Arte diremerunt odium, pacémque tuentur
Aeriæ impendent nubes, pelagique ſonantis

Accubat insanis tumidum conflagibus æquor:
Heîc casus rem nullus habet PATRIS omnia parent
Imperio, qui Naturam consistere in æuum
Optans incolumen, numeróque & pondere Mundum
Prouidus instituit certis, seruátque valentem.
Ætherias propiùs vis si Neptunia fines
Castra locauisset, læsum se protinus AEther,
Protinus attactam damni molimine suasus,
Pacificatoris, bellum cepisset, in vndas,
Illa sed anellûm series, sanctúsque catenæ
Ambitus, hanc Mundi fabricam qui continet omnem,
Sic inter sese cunctos deuincijt artùs,
Vt, nisi cùm libeat, solus dissoluere possit,
Principia in talem qui nexuit omnia nodum.
Marmoreis armatus aquis & frigore Nereus
Sidentem solido spissi duraminis aruo
Dextrâ tangit humum, lauâ ferit Aeris auras,
Humecto citus igne Aer, feruentibus alis
Alta petit, summiq; obiens legit AEtheris arcem;
Parte aliâ, proprijs liquens humoribus, vndas
Insinuat, gelidíque fluit super æquore ponti.
Qualis Hamadryadum Satyros chorus inter amantes
Tellurem alterno resonant pede; gramina ocellis
Picturata premunt varijs, rapiuntq; volantes
In numerum plantas, strepitantis ad orgia Fauni,
Aut patulæ texunt orbes sub frondibus vlmi,
Se manuum manuumq; inter complexibus aptæ,
Vltima per medias vt tendat brachia primæ.
Quòd quia largifluis Tellus alit vbere lactis
Non solùm proprios mammosa puerpera fœtûs;
Ipsa sed excussas etiam per Inania cæli
Quæ celerant alas; pinnis quæ leuibus annes,

Hum-

Humidáque in ſalſis findunt viridaria regnis,
Non niſi ab iſtius conquirunt pabula fundo;
Vt vel ſit mater, vel ſaltem ſedula nutrix
Omnigenûm gentis; pedibus, ſeu præpete pennâ,
Siue natatilibus deportent corpora remis,
Irrepantúe ſolo; rationi conſonat vſus,
Oceani contra furias, ventóſque potentes,
Immotam ſolido librari pondere terram,
Par erat, vt grauidę genitor Telluris aceruus,
Cætera primigenûm quàm diuerſoria fratrum,
Longiùs ardentis diſtaret ab impete cæli;
Lapſûs nimirum celeres, æternáque gyris
Mobilitas, ne torpentis ſuper incita terręe
Decubitum, vaſtâ ſecum vertigine ferret,
Contiguum veluti aſſiduo rapit agmine corpus.
Præterea arguti, faciunt quos ſidera motûs
Et prorſum ſimul & rurſum, quod degitur æui
Quandoquidem ęternant; quę res omni vndiq; cælo
Contegitur, quoniam vires momentáque cœtu
Sumit ab ętherio, atque alias vix ſentit habenas;
Haud vlla OMNIPOTENS incommodiora locorum,
Quàm Mundi in punctum, potuit conſiſtere terram,
Lactifluas toto præbentem pectore mammas,
Et pelagi hinc illinc effultam membra tridente.
Palantes etenim ſuperi, vibrantiáque aſtra,
Rerum vitales animę, ſua ſemina ſparſim
Aeris inuergunt regionibus, altáque primi
Afficiunt conuexa Ignis, campoſq; natantes,
Gens vbi ventoſis habitat pulmonibus expers:
Aſt horum vires, & cuncta potentia tandem
Conueniunt, iungúntque locos, noſtręque parentis
Orbe ſedent, Mundi in medio, velut incita preſſum

Orbita,

Orbita, cedentis quę tractûs inter arcnę,
Signat iter, longè radios latéque vagantes
Parte sub extremà, paullatim adstringit, & omnes
Summittítque rotę modulo, iunctímque reponit.
Vt vitreis Phœbus clarum specularibus ignem
Irradians, porrò totas diffundit in ades;
Stelliferi in magno non secùs agminis orbe,
Errantésque dij, genitales AEthera flammas
Traijciunt vltro; pellucentísque propinquam
Fornicis Acrij glaciem, mox stagna sonori
Alta Maris; solidę non intima viscera molis;
Quę medio fundata sinu pars infima Mundi est
Vel socias igitur, vel amantis adultera cæli
Gaudia, cum Flammis, Animas dicemus et Vndam;
Per nisi transennas; etenim tum Iupiter ipse,
Tum Sol cincinnis rutilans, aut Plêiade natus,
Aut alius potitur stellanti ex Ordine quisquam;
At semper facibus teneri liquefactus Amoris,
Et Desiderij telis percussus Olympus
Deperit efflictim Tellurem, interq; lacertos
Coniugis infusus gremio genitalis in arui
Semina depangit sulcis; ac germine lato
Pręgnantem grauidans vterum, tot fortia Mundi
Corpora, tot species, animísque & dispare formâ
Suppeditat, semperq; operans, semperq; refingens,
Iucundâ hanc imam depingit imagine molem.
Oceanus Terrâ leuior; sed Nubibus idem
Corporis Aerij grauiòr, situs inter vtrumque est;
Terreni vt siccos Elementi maceret artûs
Frigore spumanti melùs; melúsque Vapores
Aeris imminuat nimios, ac diluat Ignem.
Quò te, Musa, pedes? orsum mea verte voluptas,

Ne ſemel Aonium, ſitias licèt, ebibe fontem;
Dimitte vndarum, primęq; exordia terræ,
Ac patrios fines HODIE; nec diſcere magnæ
Cura eſt has moles quanto ſe robore iactent;
Nunc reliqua ſtius præconia laudis omitte,
Hanc ſine per lucem, pelagi ſuperantibus vndis,
Saxoſi lateant montes; Lux cra ſtina demum,
Crastina Lux proprias cernet conſciſcere ſedes
Deſcriptis Elementa locis, duce NVMINIS aurâ.
Cras vario OMNIPOTENS dabit almę inſignia Terrę,
Gramina, & omnigenis halantem floribus herbam;
Cras nemora & ſiluas generi ſtabula alta futuro,
Frondentéſque comis: Tempus mea gaudia, tempus
Linquere humum, triplicíſque animos ſuper aeris oram
Tollere ſublimes: veſtris, age Diua quod aris
Dædalus impoſuit voti reus, indue nobis
Remigium alarum; aut fortes albentibus ipſa
Pennas nectę toris; molles queis altus in auras,
Tergeminę regionis eam caua nubila viſum,
Eia, age, Calliope mea laus, & dulce leuamen
Sæpe meum, inſcendenti humeros ſuppone Poetæ,
Queis ſuper euectus, noſtri primarius Orbis,
Per Charitúmque volans ridentes floribus hortos,
Bellibus impediam laurum, ſertámque perenni
Vobis fronde feram, longo quam tempore, cæli
Texit auaritiæ, oculis ne prendere poſſem,
Vuudus, exilis, candens, agitabilis Aer,
Arca ventorum, & nigris domus hoſpita nimbis,
Dant vbi colliſæ magnâ vi prælia nubes;
Sæua vbi tempeſtas, nebulaq; morantur & imber,
Nubiláque alarum ſemper fugientia remis;
Omnibus vnde ſuus ſpirabilis halitus auræ

Corporibus

Corporibus ſuperat viuis, ſibi diſſidet ipſe
Ingenio diſpar; æui libella prioris,
In tria diſtinxit ſpatijs tabulata propinquis;
Quorum ſumma viri tradunt faſtigia docti
Féruere perpetuis vicino à fornice flammis;
Nempe quòd æternâ cali vertigine Motus,
Motus agens alios impulſis orbibus orbes,
Aſſiduè Eoo ſurgentis ab vſque cubili,
Raptat ad occidui Tartheſſia limina Solis;
Inde per Antipodum populos, radiantia rurſus
Ad matutinę rapit incunabula lucis:
Et quia ſupremo eſt Elemento proximus Aer.
Qui noſtris dulcem inſinuat pulmonibus auram,
Ac teneros tangit ſenſûs; nunc aſpera durat
Frigora, nunc ſæuum Icarij fert ſideris ignem;
Temperiémque capit: poſtquam lætum extulit hortis
Flora caput, Zephyruſq; auium modulamina miſcet,
In tepidos illum ſentis molleſcere tactûs;
Menſibus autumni varios, conſciſcere motûs,
Incertáſque vices; hiemis per tempora cane,
Conglaciare Eurus; æſtate, caloribus vri;
Campi tenim tunc feruentes tot tela remittunt,
Aſtra quot in Magnam iaculantur millia Matrem
Præcipuè Phœbus; tunc illius, omne, ſagittis
Porrigitur latus; & ſupremi terminus Orbis
Noſtri huius, miſſos, veluti ſcopus, excipit ignes.
Aſt horum medius, longo quòd limite diſtat
Mœnibus à Mundi calidis; ipſóſque per æſtûs
Quòd terra nequit halantis guſtare vaporem;
Vſque riget, totúſque acri ſtat frigore denſus:
Nam quis aquam modus eſt ſubitò ſpiſſeſcere magnos
Grandinis in dura lapides, vel temporis iſtuc,

Æstas pendentes cùm feruida torret aristas,
Illa nisi assiduis regio foret alsia brumis.
Vix equidem à Genijs flexit Sol lora gemellis
In Cancri spatia ardenti, subtérque Leonem
Ignibus horribilem rabidis, quin Aeris illa
Irritata cohors Medij, vim colligat omnem,
Se stringens sq; gelu, maioribus induat iris;
Hinc etenim atque illinc geminas circumdata vires
Gente sub astiferâ CALIDI, metuitq;, fugítque
Acriùs igniuomis certantes vincere tædis;
Frigoris ergo acicm effusam, palantìáque arma
Contrahit, incingens vnis cuncta agmina castris;
Adsita vis etenim, quâm dissita, grandius in se
Robur habet, pugnaq; animus fit fortior acri.
Christiadûm veluti e socijs exercitus armis,
Dum procul in Styrię geladis regionibus errat.
Nec vicina timet pharetrati insignia Turcę,
Neglectis passim ordinibus, strepitúque soluto,
Est quotus inter eos, totidem facit agmina miles;
Sæpe etiam vt rapiens arcûs, sudibúsue repertis
Agrestûm furiosa manus, turbare, ferire,
Infamésque fugas soleat celerare vagantum:
Sed propè, crescentes vexilla Othomannia LVNAS,
Sparsáque stridentem si tela per aëra sensit;
Aut procul horrendùm crepitantibus incita bombis
Ærea fulmineum dederint tormenta sonorem,
(Qualia Belgradias iaculatis ignibus arces,
Impactóque Rhodi prostrarunt impete muros)
Concurrunt subitò cunei, sociantq; maniplos,
Æquoris angusti in spatio; circúmque triquetra
Expediunt moles, fossas & valla coronant;
Increscunt castris animi, spirantq; calorem

Iam tactis flammata nouum præcordia fibris;
Sanguinis ardescunt fluuij; coquit ira medullam;
Quò propiúsque suas admorit Thracia vires,
Hoc magis excubiæ vigilant, & fortia præscus
Pectora Nostrorum sient concipientia robur.
Antiperistaseos vis hæc contraria, (nomen
Hoc prorsus Graiium, duce me, si venit in Vrbem,
Ciues vt Latios peregrinâ in veste salutet,
Romule da veniam, tali genus Ilia mater
Stirpe dedit; tuáque indomiti magis arma Nepotes
Quam coluêre suis Argiuis vocibus artes.)
Antiperistaseos vis aduersaria rebus,
Efficit, vt torrem, rigida sub tempora brumæ,
Igni inflammatum, magis experiare calentem,
Quàm, nimis intenso fugientem torridus æstu
Arua per & valles minuit cùm Sirius vndam.
Nónne etenim Tellus Septem subiecta Trioni,
Ac trucis imperio Boreæ, quæ fortibus escis
Conficiunt stomachis, præpingiia corpora gignit,
Quæ plus, æstiui medios per temporis æstûs,
Per brumámque, cibi capiunt, quàm secula gentis
Arida Barcææ, propior quos Cynthius igni
Assiduè torret Libycus infusus arenis.
Et nos qui puris salubrem pulmonibus auram
Ducimus, expertes nimio, plus pectore viui
Condimus ardoris, fundóque valemus edaci,
In nostrum gelidus cùm vergit Aquarius Orbem,
Frigoris humecti situlam, canæq; pruinæ;
Quàm Sol in Cancros cùm sulmineósque Leones
Ardet iter stimulans, longè post tergare lictis
Æthiopum spatijs; & tantò Vertici huius
Curriculum propius, vix nocti vt suppetat vmbra.

Dex-

Dextra DEI *omnipotens regionibus aëra aternis*
Distribuit, ventos cupiens, nimbósque feroces,
Barbatos ignes, flammáque horrente Comantes,
Quæq; alia infami contristant lumine cælum;
Ardentem squammis colubrum, tignúmq; volantem
His tribus innasci spatijs: hîc pendula fiunt
Grando, niues, pluuiæ, glacies, & candida roris
Mollicies, nitidis pingens viridaria gemmis;
Quorum alia intonsos colles, florentiáque arua,
Et lætas pingui fœcundant vbere valles;
Sunt alia in nostros scelerum fabricata timores,
In letíque vices varij, & discrimina rerum;
Vt quæuis hominum vel atroci in pectore mentes
Talibus attonitæ cæli terræq; POTENTEM
Et metuant, & ament, pacis signa inter & iræ.
Ora cucurbitulæ iam stincto in faucibus igne
Nacta cutem (quòd si odio cogatur INANIS,
*Vel Naturæ habitu,) pituitam corporis vdi,
Lumina quî nabant prurigine rubra perenni,
Paullatim è scapulis per puncta foramina fugit;
Ætherius Cursor, cuius nunc maxima Mundi
Assiduè spatia alterius, nunc maxima nostri,
Aurea cæsaries rutilat; senis æquore Nerei,
Omnigeníque soli ex vndis, genus vsque vaporum
Eliciens duplex, tenues eiectat in auras:
Vnum agile, efferuens, siccum, manabile, purum;
Vnum in parte calens, sed aquoso pondere tardum,
Quæ duo labentem bis-seno mense per annum,
Aëris interfusa sinu, sibi reddere dispar
Hoc* TOTVM, *atque, alijs videas variare figuris:*
*Tam leuis ergo vapor quoties humoribus exit,
Vt guttis nequeat stillare fluentibus imbrem,*

Frigoris & visco trepidantem adstrinxerit alam,
Imos vt saltem colles, & floreа terræ
Vestimenta legat grauior; sese infimus Aer
Induit in nebulam, madidóque pruina rigore
Pigra per albentes circùm diffunditur herbas.
Sin idem it sursum lentè mulgentibus alis,
Non tamen ad Medij glaciales vsque cauernas,
Sed nebulam saltem superà; fit tempore paullò,
Aut ros, aut glacies; Zephyri dulcissimus illum
Halitus attenuat, conuersis Phœbus habenis
Per Tauri saltûs, nostras cùm visit ad oras;
Asperat hanc Ianus, Ianiq; simillimus horis,
At vapor hic, animi validis si viribus acer
Euolat æterni vitreas ad frigoris ædes;
Iam rarus valdè, & fumis subtilibus humor,
Albida fit nubes, cælique per alta vagantis,
Inuehitur rapidi pollentibus agminis alis;
Deciduum guttis donec procluuibus imbrem
Ingeminans, retro patrios illabitur amnes.
Ventorum è numero si fors in prælia quisquam
Prosiliens, cæli vndantem certamine campum
Corripit, & susas passim per Inania nubes
Nubibus illidit, gremijsq; tumentibus vndam
Excutit; attonito liquescunt lumine nymphæ;
Scilicèt è vitro vt cyathus, fragilisque lagena,
(Stans puer ad calices, hanc si confregit ad illum)
Continuò effundunt laticem, miscentque liquores.
Aut si fortè aliquis cæli per compita ludens
Ventulus, & crebro ingeminans suspiria ductu,
Nymphis excutiat lacrimas; vt culmina siluæ
Frondea stillantis, cùm destitit imbribus Aer,
Pendentes pluuias, vbi lenibus aura susurris

Oblec-

Oblectat sese pini inter brachia densę,
Luxuriem gaudens solijs vibrare comantem.
Fortè etiam vndoso cùm Nubila pondere nũbes
Inferiora premit, procliuemq; incubus imber
Præcipitat pluuiam; colans vt vinitor vuas,
Vimineam in corbem dulcis quò munera Bacchi
Largiùs immiscet, tantò magis illa refundit
Vndique odoriferum laticem, spumantiáque implet
Ora lacũ; sic humorem cæli incitat humor,
Tunc tunc ventosis collectos nubibus imbres,
Copiáque, & sæuis vexant incursibus Austri,
Nec mora; præcipites impacto turbine nimbi,
Altáque fluminibus perdunt se flumina nostris;
Nil nisi cælestem lacrimam, fœdáque nigrantes
Vndique conspicias Mundi caligine, tractũs.
Est etiam, terras fœtentibus horrida ranis
Tempestas cùm sæpe operit; quòd nubila versùm
Euectus qui tendit iter manabilis humor,
Compositus quater est geminis, quę diximus antè,
PRINCIPIIS; genus vnde hominum, pecudesq; perennem
Sufficiunt terris sobolem; vel sibila venti
Pulueream inglomerant nubem, figuntq; sub auras
Vnde suę his monstris animę cùm corpore fiant;
Propter aquas veluti lutulento in cæspite stantes,
Quò pinguem immittunt vicina cacumina limum,
Segnibus è spumis, crassáque vligine cæni,
Semina proueniunt ranarum expertia formę:
Posteriùs, luduntq; nothis per stagna figuris;
Pars animata natat, pars nec dum viua stupescit,
Vnáque participat carnis, pars altera terræ.
In gelidis equitans interdum Iupiter Euris,
Frigoréque armatus, to îus pectora nubis

Configit brume iaculis; quo tempore floccos,
Albáque conſpicias cæleſtis vellera lanę
Depluere, & laxas ramis vaneſcere frondes;
Quem capias oculis, Mundò eſt color vnicus omni;
Adſpicere albentes denſę niuis inter aceruos
Vix pote ramoſum cerui caput; intima ſiluæ
Brachia centennis, moli vix apta ferendę.
Sæpe etiam in liquidum ſecretis viribus imbrem
Frangit ſe nubes, & iam laxantibus vndis
Præcipitans, ſentit mediis illapſa pruinas,
Inq; algo armatas acies, quæ fortiter inſtant
Vndique, & attonitas aſtringunt frigore nymphas,
Indurántque pilis; ingens qua: impetus auſert;
Et grauidę interdum flauis iam meſſis ariſtas,
(O peſtem!) ſine falce metunt; pubentibus vuam
Decutiunt ſcapis; teneri per germina Veris
Frugibus elidunt oculos; volucrúmque quietes
Deiectant ramis; nemorum populantur honorem;
Balantúmque greges, armentáque bucera cædunt;
Tegula marmoreis raptant crepitantia tectis.
Quòd ſi tanta DEVS quę magno ardentia cælo
Sidera digeſſit, terrarum ab ſedibus vdis
Eliciunt tenues, tollúntque per aëra fumos
Haud nimiùm arentes calido; leuis ardor, & acris,
Cæruleos propter conſiſtere protenus orbes
Agmine feſtinat celeri; ſed frigoris imos
Vel ſummo ſimul attigerit vix vertice fines,
Caſtráque, tentarit, quantas hoſtilia vires
Aeribus teneant mediis, fuga rurſus inertem
Præcipitat, terræq; ruit natalis ad oras;
Et non-nulla trahunt materne huc pondera ſœcis.
Ecce ſed è fundis alius per Inane volutus,

Ad

Ad cælúmque vapor trepidans, stridente per auras
Turbine se tollit, virísque & tela coruscans
Subsidio sistit pauidos, raptímque retrorsum
Concitat instigans socios, atque instruit armis;
Æstuat auxilijs animus; noua militis vrget
Ira noui; noua continuo dant prælia motu;
Et modò sublimes furijs, modò frigore tacti
Volvuntur celeres, aduersáque tela tremiscunt:
Hæc variè afficitur, belli pro viribus, Aër
Proximus inferior; nec enim stant talia Martis
Signa diu, nî prægrandis fumantia firmet
Pectora materies; atque hos certaminis inter
Conflictûs, nil pugnæ animis perdurat eisdem;
Hinc etenim calor, hinc acies armata priorum
Obstinati æquè, nec roboris impare sortis,
Ne sursum ille volans adeat propè ad Ætheris arcẽ
Frigiferæ obsistunt animæ; ne corpora mittant
Istę iterum ad terram, vapor hinc manabilis obstat;
Impatiens qui stare loco, fugit orbicus omnes
Per terręs, pelagíque vias; modò verticis huius,
Per modò se alterius glomerans iter; hinc citus Indos
Euolat; hinc ruit occiduę trans littora Calpês;
Inde coloratos iterum Tithonidis amnes.
Istę animę valido Mundum quęmurmure perflant
Quamvis vnîus subeunt de corpore proles
Vno eodémque satu genitæ, similíq; vaporum
Sponte leues, tamen à patrij regionibus arui
Accipiunt varias diuerso nomine vires.
Impùlerunt Venti quotiens mihi quattuor aurem
Cardine ab aduerso totidem qui maxima pandunt
Ostia terrarum (si vis, variantia, mores
Ritè obseruati) dant Tempora quattuor anni;

AEtatis flexús totidem; dant corporis huius
Quattuor humores; bis binâque semina rerum.
Aurorę ad solium, primæq; in limine lucis
Excubitor ventus pueriles supputat annos,
Primigenúmque ignem; cholerám; cum tempore messis;
Qui Libycas æstu torret vesanus arenas,
Vitę actum medię; vim sanguinis; herbiferum ver.
Aeraq; ostentat liquidum. Qui littore Solis
Spirat ab occiduo, & madidis adremigat alis,
Affectam ætatem; pallentis frigora brumę;
Innatumq; homini humorem, stagnisque profundi.
Vertice ab Arctoo, & Scythię glacialibus antris,
Qui fera terribili iaculatur flamina buccâ,
Morosi exemplum senij; terræq; iacentis,
Autumniq; intemperiem, bilísque figurat.
Non quia non plures, quàm quot recitauimus antè
Sint numero venti, vel non plura ostia terræ,
Nempe Oriens, Meduśque-dies, Septemq;-Triones,
Et Phaethontæi que sideris ora cadentis:
Qui vagat Oceani longè super æquora vectus,
Alter-utrúmq; polum intuitur, Magnetiâ in vrnâ
Trigintà reperire duos mihi nauita suadet;
Sint licèt innumeri; volut omnia tótius Orbis
Antra carent numero, quà flantes murmura venti
Eiciunt, liquidíq; tonant caue tympana Inanis;
Vnde ruant, vnde; & cæli emissaria laxent,
His ceu principibus veniunt à quattuor omnes.
Olli præcipites, sparsis modò nubibus atrum
Vndíque percurrunt crepitantibus Aera scopis,
Quos Merope lacrimis, eius mæstęq; sorores
Perfudêre suis; calidum modò flantibus auris
Exsiccant campos, & aprico puluere soluunt;

Nunc

Nunc quod anhelatis insana Canicula flammis
Vstulat, affuso recreant ceu frigore Cælum;
Nunc in Crustuminâ pendentibus arbore pingunt
Ora piris, aliósque implent dulcedine fœtûs;
Grana in barbatis solidant lactentia spicis;
Florentes pisi calamos, siliquámque lupini,
Et lenta indurant flauentis stamina lini;
Carbasa distendunt ratibus, classémque volantem
Littore ab Eoo, duplices super Herculis Aras;
Hinc ab Hyperboreis, Magelani ad limitis vsque
AEquora detúlerunt nuper, portúque stitêrunt;
Granifragis velata molis iàm brachia gyro
Circumagunt lentè celeri, versántque rotundos
Vndique, sed plano mordaces dente catillos,
Tritice ámq; terunt Cererem; quam flatibus antè
In viridi mulcêre solo; nunc pollinis albi
In tenuem frangunt atomos, florémque farinæ.
Si calidis vapor exhalans se viribus effert,
Et visco ruit, ac spisso glomeramine pinguis,
Vt tamen eduram glaciem, sempérque rigentes
Aëris haud valeat Medij perrumpere muros,
Ancipitem trepido remeans dat corpore motum;
Nec mora (visceribus donec conceperit ignem)
Turbine præceleri se nubibus ardor ab altis
Deijciens fertur; rapidis ceu tortile flammis
Sulfur humi; vel stridentes vt arundo per auras
Ignea discurrit, flagrantibus incita pennis.
Sin gelidas hiemes, & non liquentia Mundi
Frigora traijciat rutili vis crassa veruti,
Heîc demum ardentis crispantia sideris ora
Induit, & dirum perhibet Mortalibus omen;
Huius inabsumptis diù stat feruoribus ardor

Fontis

Fomitis instinctu calidi, & pinguedine densâ;
Fortè quòd ardenti vapor irrequietus ab aurâ,
Cælicolúmque rotis, conceptos ventilat ignes;
Qualis inardescit, leuibus sopita fauillis
Pruna diu, & tanquam stygijs respirat ab vmbris,
Quam frugi manus artificis, tenuísque Minerua
Suscitat in reliquę famulantia lucubra nocti.
Fòrs Elementorum à summo, vapor æthere fumat;
Scilicet vt pinguis funalia viua luceruæ
Exanimem accendunt infuso lumine tædam.
Materies ergo illius quæcunque vaporis
Seu sparsos diffusa sinûs, seu corporis arci
Fila legit, breuibus stringens glomeramina metis:
Siue trahit longè seriem, teretésque volutis
Tendit imaginibus species; quadrátue figuram;
Siue rotundati in formam componitur orbis;
Fit siue æqualatus, vel iniquo corpore dispar;
Multa per aerij spacioſam fornicis aulam
Dat nuris simulacra modis, generatq; timores,
Hinc modò pyramidis longos igneſcere tractûs
Nocte vides; modò fulmineum ceruicibus altis,
Incensísque oculis, squammáque ardente draconem
Inuolui spiris, vibrantem hinc folgure tædam;
Hinc trabis auratę laquear, flammantiáq; hastæ
Spicula; & vrentis iaculi penetrabile telum:
Capreа fulgentes villis rutilantibus armos
Ignea, in Aerio petulans se formice iactat.
Sanguineus aliá Mundi de parte tremendum
Crinibus horrentem sidus funestat Olympum,
Mortalesque animi attomitos terroribus implet,
Atrox agricolis bellum, tristésque rapinas
Ædibus incensis minitans; ciuiliáque Vrbi

Arma; luem pecori; maturis frugibus imbres;
Grandinis horribiles iactûs, cęlíque ruinam;
Arboribus stragem, & pelagi discrimina nautis,
Sed quid id est? totum strepitus quis concutit orbem?
Audióne ætherias crepitare fragoribus arces
Núnnam omnis conuulla ruunt fastigia cæli?
An verò angui-comas Plutonia Iuno sorores
Carcere dissoluat Stygio, pertæsáque nigri
Sceptra Iouis, numerò raptet sua regna sub auras?
Nempe hoc; (vt perhibent) quoties Neptunius humor,
Et qui fluminibus, stagníque exudat ab vndâ,
Ac vapor accensus; medij simul aeris oram
Fortiùs insiliunt, madidę circumdata nubis
Hinc atque hinc strictis cuneis, ac frigore denso;
Colligit immanem vis illa ardentior iram,
Instigátque animos, & cuncto exercita nisu
Audet in armatam-niuibus consistere molem:
Vt leo siluarum patrijs abstractus ab oris,
In caueámque datus, secùs hinc, secùs inde locorum,
Sibila, & effusos pueris cum murmure risus,
Luminibus toruis, animique furoribus ardet
Adspiciens, atque omne agitat rugitibus antrum;
Itq; means remeánsque noui per carceris vmbras
Multà fremens; nec tam cupidus secedere claustris,
Quàm saturare auidi sitientem pectoris iram:
Haud aliter vapor, & densis in nubibus ignis,
Aeris obtusi glaciem, brumaliáque instat
Mœnia corripere, & clausas perrumpere fines;
Nec mora, nec modus est; nunc huc, nunc voluitur illuc,
Æternátque vices, & portas turbidus omnes
Irruit; infrendet; strepitat; fremit; atque remugit;
Interdúmque tonat; donec sub partibus imis

Præcipite

Præcipite abreptus ſalebrâ, micat ignibus actis,
Fulmineóque vomit violentum gutture ſulfur:
Hoc etenim in puncto rerum, coniungere vires
Anxius auxilijs, in fratrum irrumpere caſtra,
Et furit ætherij penetrare ad fornicis ignem;
Immiſſíſque ruens ſurſum ſe tollit habenis:
Foſſa ſed ingenti longè circumdata vallo,
Oppoſitæq; acies, cinctę glacialibus armis,
Incurſantem abigunt; & quamuis prælia multis
Inſtauret repetita locis, hinc frigora punctim,
Hinc cæſim feriens; nuſquam contraria nuſquam
Vis ceſſat; nuſquam validus non ſiſtitur hoſtis;
Nuſquam miles abeſt, duro qui pectore robur
Immanéſque animis ſpirans vibrantibus iras,
Tela repreſentet; dum ſpe depulſus ab omni,
Ac famam oblitus; quà primus cunque pateſcit
Exitus, accelerat fugiens, tollítque vlulatum
Fulminibus ſe proripiens cum turbine miſtis.
Percuſſus ſtrepitu, totíſque exterritus vndis
Occanus trepidat; magni gens ſquammea Ponti
Externatà metu, ſeſe vt ſtagnantibus abdat
Infodiatq; cauis, quærunt ſpatioſius æquor,
Succutitur Tellus; radicibus intima tactis
Saxa tremunt, cunctis reſonans tonat Ætna cauernis
Attonitus paſtor, ſcopulique abſtruſus in antro
Subter humum, digitis aures inſibulat ambas.
Cærula diſſiliunt cæli, fugit æther hiatu
Diuiduus, rimíſque micant ardentibus aurę;
Ipſe gener Cereris, gener & Iouis alter, ab vno
Sanguine germanus, Lethen ſortitus & Vmbras,
Pallidior buxo eſt, trepidátque Acheronte ſub imo.
Flamma volat; rutilo candens incenditur aër;

Iyre

Irrequieti etenim erumpens se fulminis ardor
Per densam ex alto nubem, quæ comminus omni
Parte premit, sequiturq; trahens ferruginis atræ
Colluuiem, elisis rapidos è partibus ignes
Vndique deiectat trepidis quos incitus alis
Motus agit, telísque oculos flammantibus angit.
Pro famâ Musis faciens, velut impete ferri
Ac silicis raptim excutiens disseminat ignem:
Sulfuráque, & pingui accendens sebacea lino
Ante diem, totas lumen iaculatur in ædes.
Insuper his, acer violensq; & fumidus ardor,
Aridus, & semper celeri rubicundus ab igne,
Fulminis est sator; immuni quod robore præceps
Omnia comminuat tactis Mortalibus ossa,
Pellis nulla tamen videas vestigia læsæ;
In vidulis habitans conclusis liquitur aurum
Fulminis iniectu; nec adacti noxia teli,
Ardoríque acies loculis incommoda totis
Vlla ferunt subitò vaginæ surripit ensem;
Incolumi, atque adeo intacta; grauidumq; parentis
Irrumpens vterum, teneri vitalia fœtûs
Ossáque & articulos iaculans, non viscera matris,
Non neruos, non mobilibus præcordia fibris,
Non crinem attingit; casti illa it pignus amoris
Plorare extinctum citiùs, quàm dulcis in oram
Prodierit lucis: necnon citò mulleus vlli
Vertitur in cinerem, pedibus, qui gestat, iniustis
Nullâ parte sui; plenis fugientia sorbet
Vina cadis, nec furtiuo facit ostia rori.
Non semel est puero quondam mihi femina visa,
Flamma cui abstulerit cali impetuosa tonantis
Omnia momento pudibundi germina crinis,

Cætera

Cætera non lęsę, non tactę in partibus vllis,
Innumeras sileam & miras per nubila formas,
Fronte super cæli mediâ quas esse reuinctas
Crediderint oculiq; circumfluus vndique flammis
Circulus interdum apparet, vel Solis ab aurei,
Vel radijs fulgens, Orbem quêis Cynthia lústrat
Qui stadijsque alij currunt Circensibus Ignes;
Ad perpendiculum quotiens in terga rotundę
Desiciunt nubis, móles quam spissior omnem
Interiùs stipat, ne sit transmittere densum
Corporis abdomen, rutilâ dant luce Coronas,
Nigrantem medio quę circinat vndique nubem:
Qualis in occlusis thalami penetralibus ardor
Cùm nequeat tabulas, bifrontísque ostia Iani
Transuehere vndantes penetrato lumine flammas,
Asseribus circùm extremis eliminat auram:
Sed propè ad occidui flexus Sol limitis oras
Si grauidam nimbis directo lumine, nubem
Presserit adspectans, prægnantis pondus vt alui
Verminet exstillans pluuiâ, iubar imprimit oris
Igne sui, ac coriys è versicoloribus arquum
Suspendit nitidum; picto qui fornice terras
Hinc super impendet, pontíq; à fluctibus illinc;
Nubila nam Soli opposita, & flagrantia primùm
Lucis ab aduersæ radio, vicina repentè
Corripiunt, propè distantes iaculantia nymphas;
Diuorsósque suos tinctus, propriósque colores
Ætherię miscent ardenti Lampadis auro:
Vt pateram Sol irradians, (quę fortè fenestris
In vitro, stans seruat aquas) transmittit ab ipsis
Longo interuallo tractu, trepidantia lucis
Fulgura, & illustris rutilat laquearia cellæ.

At laterum de parte aliquâ si nubila sistunt,
Fronte nec aduersâ, nec recto à vertice, lumen
Accipiunt Phœbi, vel Lunę tela nitentis,
Illorum alterutri similes in imagine vultûs
Præualido dupli adspectu, triplicíque resultant
Planâ nube super; populus miratur in vno
Atribus aurigis spatio, per cærula cæli
Luciferos agitari axes; claraq; madentes
Noctis equos, quoddam insoliti certamen honoris
De tribus inter se tanquam contendere Lunis,
Sed cur alta nimis, virtutisq; inuia nostra
Sectamur studio? summi cur facta PARENTIS
Ardua, terrenę modulo, metimur amussis?
Quę sitis hęc animi est? vel si fas discere verum,
Quę febris? immo effreni quę flamma furoris?
Absq; DEO, censêre, DEVS quę fecerit vsquam,
Ommáque humanam radio describere sensûs,
Aut venûm pretijs Naturam exponere nostris?
Quanquam animi haud fallor, celeris quod sc mouet vsquã
Fornice sub Mundi rutilo, cognoscere caussam
Illum posse aliquâ, didicit qui Palladis artes;
Non tamen vt nihil ancipiti sub pectore linquat
Indubium, aut menti scrupos semel eximat omnes.
Pone aliquem ingenio, rerum perquirere caussas;
Si tamen effectum, ac miris dignabitur eius
Instrumenta modis; quantò par altiùs ire
Pressáq; in ARTIFICIS vestigia pondere laudes?
Illum, qui digitis facit omnipotentibus istas
Immutátque vices; tot qui discrimina formis
In viuos vario vertit de semine fœtûs;
Atque inspiratis subitò res excitat auris,
Eximij elogio semper celebremus honoris.

Ipse

Ipſe equidem, horribili ſimul intonuêre fragore
Templa Iouis, veram videor mihi noſcere vocem;
Vocem, quæ ſpretis hominem ab ouilibus effert
Imperio ac Reges ſolùs deturbat ab altis.
Turrifragi quoticns violentæ fulminis alæ
Ante exſpectatum irruerint in imagine ſortem
NVMINIS: intrëor dextram, celeréſque ſagittas;
Si flammam video magnum per Inane volantem,
Fulguráque ardentes circum trepidantia terras,
Ex oculis tubar effuſum, radiſq; micantes
Comiſpicio æternis, in vultu NVMINIS ignes;
Telluris gremio quòd ſi pater imbribus Æther
Et tempeſtuus & mollibus, irriguam vim
Depluerit, tener vt ſubeat gignentibus humor,
Fundere de pleno rerum ſe copia cornu
Viſa mihi largáq; DEVS bona ſpargere dextrâ:
Sin nubes vento pariter nimbíſque tumentes
Præcipitant aruis ſpurcum ſtagnantibus imbrem,
Oppoſitis ſæpe fractis vt molibus amnes
Eiiciant ſeſe numerò; lugubriáque agris;
Damna ferant, gregibus, læto cum ſemine, raptis;
Arbitror offenſâ ſcelerum, noſtríſqve dolentem
Criminibus, plorare DEVM: quæ mergere fletu,
Et damnare animo indignè negleximus ipſi;
Nec picturati geminis ſe nubibus vnquam
Fornicis in formam incuruat Thaumantias Iris;
Quin fidei hoc magno mentem mihi pignore firmet.
Non maria ac fluuios iterum communibus vndis
Terram erepturos homini ſiluáſque ſonantes
Culminis in Mauri nebulis, vel Caucaſus ingens
Quas denſis alit in niuibus. Sed pallidus omnes
Horror debilitat ſenſûs mihi, conſcia cælo

Prodigiorum acies iam cùm denunciat iram,
Rerum fortè vices inuersæ, iuráque Mundi
Pristina discidijs Patrias migrantia leges,
Totáque si dederit confusos machina motûs.
At sibi tot mentes aliquis, tot pectora tincta
Vindicet imbuta Aonio, quot Dædala Phœbus
Millia performat studijs: soluátque roganti
Herculeum hunc nodum, ingenio si fretus et arte est
Quę carnis quondam, quę lanę, & lactis origo
Illa fuit, quibus inferior pluit aula Tonantis.
Hoc quoque, sis, expone mihi; quę copia farris,
Triticeáq; imber Cereris, qui densus in agros
Se fudit latè, montésque & fluminis vndam,
Quà patet Austriadûm parens Carinthia sceptris,
Vnde genus? fors hunc triuit cæli area messem.
Sed DEVS, *ille Poli summus* DEVS; *ille patentis*
Quas dederat Mundi Naturę, infringere leges,
Et rerum immißis gaudet quasi ludere monstris;
Nuncia qui luctûs, cladísque Insignia magnæ
Obscœnum incautis firment Mortalibus omen.
Fragmina quid flammarum ingentibus igneamaßis,
Quas ruit intorquens Tanagræis Iupiter aruis,
Vix toto antè anno, domini quàm mole Senatûs,
Millia Mars aliquot legeret; quę diuitis irent
In regionis agros, altâ quos alluit vndâ,
Assyriæ multas præter qui labitur vrbes,
Impetus Euphratis? nempe ad letalia doctâ
Spicula Achæmenidûm dextrâ, bellacis alumnos
OE notrię, claramq;, breui post tempore, famam
Pœnè exstinctum iri, portenta, minasq; tulêrunt.
Quid verò illa sonis castrensibus edita quondam
Murmura Cornicinum, conflictisq; horror ab armis

Cælite diſiectus ſtrepitu; dum Martia Roma,
Roma offenſuris olim tota inuia telis,
Teutonas & Cimbros, ſimul Heluetioſq; vagantes
Concîdit Marij ſemper-victricibus auſis?
Nempe tuos inſande tenent Epicure furores,
Ac validis ſtringunt nõdis; Temerè incita cœco
Omnia qui caſu, blateras, Mortalia volui.
Et vos in thermis, trifidi cum turbinis ignem
Deruere, & ſceleris quondam vidiſtis Olympi
Sacrilegum caput, ingeſtis flammę vndique telis,
In cinerem verti; non vos audacia fugit,
NVMINIS IN TRINI MAIESTATEM, impia verbis
Aut animis agere impuris? DEVS omnia laudi
Improperata ſuę conuitia comminus vltor
Inſequitur; triſtes pendit blaſphemia pœnas.
Eſſe propagati antiquo qui dicitis Ebro;
At nunc Leſtrigonum, Scythęq; immanis, & Auſtri,
Pectore mutaſtis proauos; quę triſtibus olim,
Dicite, ſurrexit animis ſententia veſtris;
Cùm iam fulmineum diris ardoribus enſem
Templi impendentem imbricibus, tectíſque ſuperbis
Aëris è filo vacui, ſpectaſtis; in omnes
Qui plenas ęrumnę diffudit ſolgura campos?
Nõme DEI vltricem dextram, decretaq; veſtro
Supplicia ſceleri, preſens fuit hora timere?
Credo equidem horribiles animo ſubüſſe ruinas
Atque hominum, atque vrbis; quas peſtis letifera eſtûs
Reliquias genti facerent, famis arida ferret
Ingluuies; quos prętereant peſtíſque famęſque,
Demeteret ferrum; materna in viſcera natos
Dentibus (infandum) demiſſos, ſparſáque tabo
Membra nellorum in cupidos vaneſcere ventres;

Carni-

Carnificémque sui potuistis, credo, parentem
Cernere suspensam laqueo; iam mœnibus altis,
Magnificis iam porticibus, iam molibus aureis,
Vomeris intentari aciem, candesceréque ipsam
Ignibus in gladij medijs: Nec culpa furoris,
Aut leue crimen erat; nam REGEM TOTIVS *ipsum,*
Vobis qui vitam tulerat, vos tradere morti,
Inq; crucem, inuidię stimulis sustollere cuncti
Coniurauistis; scelus indignantia vestrum
Sidera promeritis conflant ceruicibus ensem.

Quid Ligurum erupisse iugis albentia nymphas
Ora cruentatas, memorem; sublimiáque Alpes
Culmina subiectis iaculatas gentibus ignem?
Quæ tibi signâ, cruces; diro quę sanguine vestem
Infecêre tuam, ingenuo gens inclyta portu,
Armorúmque potens pelago; nisi Cornua Turcam
In Genuę captis fixurum Insignia muris?

Quin ergo hortantis demens te Gallia Cæli
Monstra mouent? tete montis feralibus vrget,
Ad frugémque vocat: tęne hoc, durissima, siccis
Prodigium vsurpare oculis, quod lampade tristi
Assiduè in noctem, tremulos tibi ventilat ignes,
Ætheris horribili adspectu? stellæne comantis
Cæsariem igniuomam, & cirris ardentibus ingens,
Proluuium irrides flammę? Non dira tremiscis
Cæli signa grauis? quod pestem, atq; horrida Martis
Arma, famémque quatit, trifidę tres cuspidis alas;
Cuspidis, in populum sontem quam magna TONANTIS
Molitur mánus, & certo iam destinat ictu.

Sed nunc terriculis, euibratúsque verutis
Omnibus Ætherijs, quid adhuc te, Gallia, Cæli
Admoneo; cuî tot lacerę crepitacula pellis,

Verberibus pertusa sonant; nec acerba rigentem
Laxent vlla animum? duro stat frigore pectus;
Te cruor exatiat tuus, expertémque pudoris
Prandia delectant propriæ furialia carnis;
Te tua damna iuuant; gelidis mens tabida neruis
Obstupuit, tetræ indignans medicamina labis;
Quò plurésque tuo versat sub pectore acutos
Rex-Mundi stimulos, hòc tu restantior hæres
In vitio, & rerum quarumvis libera, stertis;
Iámque adeo ÆTERNI *haud meminens, duro, instar asselli,*
Verbere pingue scis; vel, vt albi lamina ferri,
Quò magis insultant tudites, magis vsque resistis.
Quin linquenda mihi grauis hæc diuergia questûs
Nil profecturo; recitat qui talia surdis,
Ludere credo operam, vanumq; expergere murmur;
Ad numeros melius, citharæq; volumina versum,
Eximia ÆTERNI *monumenta referre* PARENTIS.
Ergo Palatinis veluti Rex moribus; omnes
Anteit incedens medio; loca proxima circùm
Accipiunt Regni proceres, qui sanguinis illum
Proximitate adeunt, dêin magno plurima cætu
Nobilitas; longâ sequitur quam veste Senatus,
Insignesq; alij; varium prout Ordinis huius
Ad summos titulum fas est accedere fasces;
Principium DEVS *haud aliter, quod fortibus alis,*
Luminéq; illustri nitidos quasi TOTIVS *Orbes*
Æquiparat, citimo terris Latoidos albæ
Curriculo abiunxit propiùs; rerum ordia deînceps
Cætera disposuit; quà sunt tenus illa coruscis
SIGNIFERI *cognata choris, referuntq;* PLANETAS.
Attamen haud nulli patrijs è sedibus illud
Eijcere, ac cunctis Mundi depellere metis,

Summo

Summo opere, at fruſtra inſtituunt; ſic pendula viſu
Pectora geſtamus potiùs, quàm credula veris:
Luciferúmne Ignem, flammę fontémque caloris
Largifluum vivi? ſit cuius ab impete, motûs
Principium? maculas rerum qui ſurripit omnes,
Vitaléſque vias aperit? Confuſa metalli
Semina defundit venis? Qui fortibus herbis,
Corporibúſque aliis ſubtiles elicit auras?
Qui faber ac miles? Cuius, Cerealia, furvis,
Munera torrentur, dubiáq; cupedia cœnę?
In variâ princeps Mortalibus arte medendi?
Fuſuræ genius, ſeu forma requiritur auro,
Seu quicunque alio liqueſcunt corpore vultûs?
Quêis turres, muríque cadunt; quêis eminus actis
Maxima deprimitur, Neptuni in gurgite, claſsis,
Qui tormenta facit? dicam ſemel; Omnia per quem,
Et ſine quo fieri quidquam vix poſſe putabis?
Hunc omnem immenſo qui Cærula ſubter Olympi,
Vndique diffuſus, gremio complectitur Orbem,
Audeat hunc, rerum è numero decerpere quiſquam
Si medius Cæli, ac noſtri intercederet Orbis
Ignis primigenus, (pars ſic nempe altera pugnat)
Nocte aciem haud fugeret noſtram; cùm temporis iſtud,
Herbam inter prati viridem, perparua reſulget
Lampyris, auratis feriens nos luce nitoris.
Præterea immenſum tanti per corporis Ignem
Quî pote, fulgentes oculis admittere ſtellas,
Noſtri quando acies vel ſubtiliſsima viſûs
Trans nequeat flammam ardentis ſe tendere lychni?
Si molles Zephyri, duris ſi flatibus horrens
Africus, affectos nunquam moto Aere ſenſûs
Impulerint, an quod ſpatium diſiungit Olympo

Dorſum immane Maris magni, Terramq́ feracem
Eſſe putaretis vacuum? credo Aëris almi
Non pudeat tenues, Naturę partibus, auras
Subtrahere, vt primo ſplendorem tollitis Igni.
Lumina, quoîs longas Capricorni fidere noctes
Scindimus in lucem, quantùm fulgoribus aureis
Cedunt Phœbe tuis, tantúm terreſtria noſtri
Semina ſplendoris, tædíſque è pinguibus Ignem,
Ætheris exſuperat ſpecies, auræq́ perennis
Illæſus candor; noſtrâ namq́ Ignis ab arte,
Lumine concreſcit madido, fungóſque nigrantes
Colligit, & craſſâ glomerat caligine fumos;
At ille Ætherio ſuſpenſus formice fulgor,
Compoſiti purus, ſpiſſóque intactus & vdo,
Cùm fugiat noſtri longè contagia cœtûs,
Æoliáſque acies, ſtellantis lumen Olympi
Proximus accedit, fumíque & ponderis expers.
Sed quo de celeris conuexa coagula Mundi,
INGENIOSE OPIFEX, *& claros feceris orbes,*
Te præter mihi quis memoret? nam paſſibus errans
Antiquis, dubię titubat ſententia mentis;
Inconſtans veluti ventoſo in vertice turris
Bracteа mobilibus rapitur iactata procellis,
Ac celeres verſans oculos, tot, herilia mutat
Iuſſa, locis, flant diſpariles quot ab Aere venti.
Docti etenim in ſpatijs greſſûs nunc pono Lycêi,
Atque ſuis ſuperûm euoluo primordia cauſſis;
Nunc rem Socraticis, vicini ad fluminis vndam
Fronde ſuperiectus viridi, contemplor in vmbris;
Si preſſâ ſignata lego veſtigia plantâ
Totus Ariſtotelis, Mundum procul eſſe nitentem
Omni Elementorum videor iam credere cœtu,

Con-

Congeriéque omni; ſed quintâ ab origine quadam
Exſtruxiſſe DEVM, res qui dominatur in omnes;
Nutu namque alio, quàm cælum, impulsa mouẽtur
Diſſimiléſque Elementa vias reperêre laborum;
Surſum etenim duo ſe rapiunt, duo concita lapſu
Præcipitant, aſt æterno celer impete Mundus,
Non extrâ aut læuâ, non deorſum, aut denique ſurſum
Declinans regione vię, verſatur in orbem:
Vſque volat, volat vſque, pari properanter eoſdem
Alite perpetuans animos; ſpatiúſque viarum
Fertur inoffenſis, fertur; ſe pondere librat,
Pondere quod vacuum eſt; nec-feſſos axe iugales,
Temporis aut metæ patiens, abiunxerit vſquam:
Non ſic aſſiduos tendunt Primordia curſus;
Eſt, vbi conſiſtunt, iuſſas retinentia ſedes:
Corpora, vbi coëunt Tellus, Vnda, Aër, & Ignis;
Perpete conflictant odio; fraternáque ſecum
Bella gerunt, hinc apta breuis, primordia vitę
Tempore iunguntur; clades hinc aſpera belli,
Interitúſque ſubit; creſcendi autem interior vis,
Ac decreſcendi, cauſſis libatur ab ĩſdem;
Cornua pallentis ſubter variantia Lunę,
Vix ſua momento ſpecies manet vna vigoris,
Natiuo generi, litis tantum intus, & iræ eſt.
Sed fragiles fuſos, & nentum penſa ſororum
Contemnit natura Poli, reparabiléque infrà
Exitium irridet Mundi; nam pluribus vſque
Augeſcens annis, non vi, non corpore creſcit,
Vſu nec teritur longo, vetus ipſa ſenectus
Tota iuuentuti eſt eadem; florentibus æui
Se ſpatijs veget æterni, ſeruátque tenorem.
Aſt vbi diuinum antiquâ de laude Platonem

Mens auſcultauit, dictíſque inſignibus aurem
Præbuit, indulgens ſtudio, per cærula cæli,
Aſtriferóſque orbes, cunctis exordia rebus
Quattuor inuenio; Stellas ſolidiſſima Tellus
Conſpicuas facit, & fluxis ne corpora membris
Dilabi poſſint: Nuſquam quòd partibus hiſcit
Diuiduis Cortina poli, ſéque hæret in ipſam,
Munus aque eſt proprium; Per ſi fulgêre videntur,
Aëris illuſtrat glacies; Feruoris & auræ
Flamma replet celeriq; rotat vi, luminis axes;
Primates liquidis radunt humoribus vndæ
Orbe ſub extremo, calidi conſinia motûs,
Candentéſque globos, rapidíque volumina curſus
Ignea, temperiê recreant: ne plurimus ardor
Æſtuet immenſùm, rebúſque Elementa creatis
Omnia, in ardentis vertat compendia flammæ,
Nec quibus illa alti adificat palatia cæli
Materijs, Elementa, putes patientia noſtris
Contrectari oculis, manuumq; aſſueſcere ſenſu;
Tota etenim hæc cunctæ fulgent puriſſima labis,
Et plácidam æterno ſeruant ſub fœdere pacem;
Aeris hic (inquit) ſtatus eſt tranquillus, & igni
Noxius ardor abeſt; expers hęc pondere Tellus;
Vnda laborantes non pulſat turbida ripas;
Non odijs, non ſe hoſtili vexantia damno;
Denique ſtellantis genitalia ſemina Mundi
Iungit amicities, qualem eſſe decebat Olympi.
En quò mortales inflata ſuperbia curas
Extulit audaci ſtudio; dictíſque ſeueris!
Nam quaſi arenatam commiſſent rudere calcem,
Atque ſuis ipſi manibus Cæmenta cubuli
Quæque ſuo aptaſſent, duri ambitioſiús oris

Audent

Audent præfractâ grauiter decernere linguâ,
OMNIPOTENS quê materiê, laquearia Mundi
Ardua, fulgentémque suam fabricauerit aulam;
Tanto stulta sui turgescit opinio fastu.
At mihi per tacitas optem magis insciа partes
In dubijs mens assideat; quàm longiùs errans,
Ignarúsque viæ comites per Inane fatigem;
Stellifero donec Tarsensis ab æthere Paullus
Huc redeat; vel dum miseri lugubribus ipse
Corporis exutus panni (quod carceris atri
Detinet in vinclis animum) proficiscar ad arcis
Structuras visum superę; si præter honores
Tunc mihi dulce aliquid, DIVINI cernere VULTVS.
Nec liquet, astriferis finire quot orbibus Orbem
Conueniat; nam dicta Scholis variantia pugnant:
Vnum alijs Cælum est, cuius per sphißa liquentis,
Nant Oculi, quibus innumeris dispectat Olympus;
Scilicet hùc veluti atque illùc, vibrantibus errant
Squammigeri pinnis, aquili per marmoris amnes.
Porrò autem sunt sidereos qui lumine motûs
Explorare magis docili, vidêre vagantes
Inferiùs Stellas diuerso tramite Septem;
Sed reliquas, noctis vario quę fulgure frontem
Vndique pellustrant, vertigine semper eâdem
Ferre viam; hî stadijs Cælum rimantur in octo.
Sunt alij super, atque alij, quêis maxima Mundi
Orbita stellantis triplicem dare visa choream,
Suasit ad octonos, queîs de modò diximus, Orbes
Nonum addi et decimum; nec enim nisi corporis vnus
Vnius est motus naturâ; at qui vnicus iste
Fertur ad occasum versùs, Phaëthontis ab ortu,
Dum quater vsque dies senis componitur horis;

Alte-

Alterutrúmque polis medius ſecum impetè ſphæras
Secum cuncta ſuis Cæleſtia corpora gyris
Abripiens; ſimul ipſa leuem ſortita figuram
Secum Elementa trahit: PRIMVM *vi* MOBILE *tantâ eſt.*
Sed fuga præcipitis Decimi licet incita Nonum
Vſque rapit, tamen hoc proprij valet impete motûs,
Vt Solis triuio nutantem obuerſet Olympum,
At lentis valdè ſpatijs, atque agmine longo.
Nec talem in numerum ſedes clauſêre beatas
EMPYREI, *iuges manant vbi nectaris amnes,*
Æternúmque nouis reperit noua gaudia cauſsis
Caſta voluptatum ſeries; læti omnibus illîc
Delicijs ridet decus inuiolabile Veris,
Vitáq; perpetua eſt; ſummo hîc AVGVSTA *refulget*
Numine MAIESTAS; *miro candore nitentes*
Vndique quam circum Genij volitantq; coluntq;
Innumerabilibus numeris, Animæq; Piorum,
Corporis illius pretioſo ſanguine ſaluæ,
Cuia triumphalis quondam in ſublimia laurus
Altiùs extulerit Terram, quàm culmina Cæli.
Nec te, Muſa, velim nimis euibrantibus altum
Tendere iter pennis; ingentes comprime miſsus;
Ire DEO *decet inferiùs, timidámque volare.*
O decies-gemine decus inſuperabile molis,
Ordine conuexus nitidis ex orbibus Orbis,
Segnities exoſa tibi; turbus origo
Omnibus es vitæ; mater, tua tæda, diei eſt;
In ſe obiens circùm Patrem te muncupat annus;
Tu formæ tibi forma tuæ, te ſemper eâdem
Vnus habet regione locus; tamen impiger alis
Nos ſuper excuſsis, tanto rapit impete motus,
Vt tua progenies Animus te ſolus euntem

Gram-

Grandibus æquiparet ſpatijs, quę neſcia metæ;
Te finire tamen certos iter indicat orbes
Temporis incluſum ſtadio; non tangere mortis,
Non morbi, non langoris te noxia poſſit;
Non incrementi patiens modus; omnia pacem
Omnia conſpirant ſtudio, quę ſidere Lunæ
Altiùs, aſſiduâ celerant vertigine curſum;
Te iuuat in dulces vox emodulata figuras,
Ad numerúmque chori teretes; tibi ſemper es idem;
Tu totus ſemper tuus, ac te totus in vno es,
Lumine pellucens nitido; pede promptus ouanti;
Tu triplicis moderare vices ac tempora Mundi,
Quem ſuper irriguis Latonia nictat ocellis;
Vndique tu ſeptis porrò tendentibus expers,
Limitis immenſi gremio capis omnia rerum;
Materiámque tuo ſub fornice contegis omnem;
Tu pulchrum Ambroſię lucis de marmore templum
Folgurę que ÆTERNI reſplendens NVMINIS aula:
Longius Ætherios libeat mihi carmine motûs,
Atque renitentem ſubter labentia Mundum
Aſtra ſequi, nimis ISTIVS nî fortè DIEI
Orſa trahamus; atque aliquis, vereor, ne Zoilus illos,
Aut iſtos obiens hominum, per compita, cœtûs,
Omni me dicat diffundere carbaſa vento;
Et filo ingentem ex quouis detexere telam,
Sed nimiam hęc rerum quiſquis ſuccreſcere molem
Fortè putas; vix libatis me floribus omni
Ex numero paucis, tenuem componere ſertam,
Atque adeo me facta, ſcias, operúmque figuras
Mille recenſentem, cumulo tamen impare vinci;
Per memorata etenim EXPASSI tentoria magni,
Dextra quod Omnipotens, noſtri inter Nereos vndã

Atqu

Atque ſupernates, cryſtalli in fornice, nymphas
Vndique curuauit, mî tótius omnia, Cæli
Templa recluduntur; ſpatiũſque immanibus Æther;
Et qui perſpicuâ fratres ſupereminet aurâ;
Hæc cuncta Oceani diſpernit fluctibus æquor,
Lymfáque, quàm GENITOR *Cameris aduolui Olympi.*
Haud equidem Aonidum venio ſic hoſpes in ædem,
Vt non cognorim pollentes cuſpide pennas,
Doctrináque animos, dictis ſubtilibus omnem
Quiremouêre auſint Cæleſtià culmine nympham,
Et quibus inceſſunt, memini, ſermonibus vndas,
Oceanumq; illum, vitreo qui flumine Mundum
Vndique complexus, cunctos ſupereminet orbes.
Sed velut ingenui formoſa modeſtia vultûs,
Muneribus contenta ſuis, quę dia fauentis
Gratia contulerit Cæli, non comere luxu,
Non teneris ſe blanditũs, non pingere fuco
Suſtineat, ſimplex animi, prudénſque decôris;
Per ſe pulchra ſatis, Venerem contemnit & artes;
Hæc talis mihi ſit potior, quàm mollis ocelli,
Illecebrę, blandóque leues modulamine geſtûs;
Aut arguta altè tereti veſtigia greſſu:
Nec tam, mentitis criſpans coma crinibus aurum,
Et picturato placeat color illitus ori,
Queîs laſciua ſuos meretrix venatur amores:
Sic mage Cæleſtis capior præconia linguæ,
Sint quamvis puro plus parte affinia ruri,
Percipere, illorum Ionijs quàm picta figuris
Somnia, & in ſpeciem doctę miracula mentis:
Iſtîc inuicti diuina potentia VERI
Vnicus ornatus, longè eſt præſtantior omni
Verborum effuſo, tanquam in multitia, luxu.

Queis

Queis humana ſuas artis Sapientia vanę
Inuoluit nugas, caſſæq́, putamina glandis.
Ipſe meam potiùs rationem iuſſero duci,
Mille refutatam opprobrijs; quàm dicta TONANTIS
Inſimulem demens, & præfracti impius oris;
Clarè etenim reſonans Adyti cortina ſupremi,
Neſcio quas ſpatijs ponit Cæleſtibus vndas.
Fortè impendentes oculati finibus Orbis
Vî ſunt longè aliâ, Thetidis quàm marmora noſtrę;
Fortè etiam in liquidum præluſtri ex nube vaporem
Mutatę, ſumma affectant faſtigia rerum,
Extimáque obſidunt ſtellantis mœnia Mundi;
Vel nitidę (vt perhibent) cryſtalli, ardentia circum
Sidera, concretę glacies, per cærula fixis
Vndíque luminbus fulgentem incluſit Olympum;
Sed quid ego hîc dubijs, vibranti pectore, cauſsis
Et coniecturis titubans, decernere quidquam
Ingrederer, cuius ratio me certa lateret?
Et verò humani, mirum, cur credere ſenſus
Detractent, tabulata DEVM *ſuper ardua Mundi*
Luciferis pertexta globis, potuiſſe vapores
Congerere; aut ſurſum Oceani ſuſtendere lymfas;
Qui mare diuiſit ſeſe fugientibus vndis,
Mœniáque, aggeribus veluti ſurgentia iactis,
Hinc atq́, hinc altè exſtruxit, quò Tharia ſiccis
Agmina tranſirent pedibus, campóſque tenerent.
Et maria ingraudam perſæpe reclinia nubem,
Nónne vides capiti ſuper-impendentia noſtro,
Præcipitem aſsiduè caſum ſine labe minari?
Quid tamen hæc, niſi quem vexant tot flamine venti,
Et nimùm impatiens, obtentat, ponderis, Aer?
An neſcis iſtum gremio quę continet Orbem,

Alterno gelidi trepidam salis agmine Thetyn,
Flatibus inuitis & tempestatibus, omnem
Vndique continuâ persistere mole rotundam?
Sic feræ quęque suis inhibet DEVS *æquora frænis,*
Vt summâ licèt Austrorum furat Oceanus vi,
Non ausit patrias aliquà transmittere sedes:
Cur igitur pẽdêre plagis Cælestibus vndam,
Fornicéque in Nono liquidum consistere marmor
Posse negas, quin per Cæli conuexa deorsum
Præcipites toto abijciant se vertice nimbi?
Captum oculis monstrũ, et saxo cor durius omni!
Vt non in mentem veniat tibi, sedibus vndas
Pensilibus qui sustineat; labćmque moretur,
Esse DEVM; *nam si nullo non tempore mater*
Natura omniparens liquido de rore nitentes
Concharum fingit lacrimas; niueoq́ rigore
Crystalli incrustat glaciem; quibus OMNIPOTENS REX
Naturæ ac Cæli genitor non polleat actis?
Quin magis hoc animo magis intueare superbum
Orbis opus; Regni hæc oculis palatîa nostri
Contemplare tuis; quamuis exstructa per artem,
Laxarent tamen; & celeri raptata ruinam
Interitu traherent; liquidus nî verticis humor
Ceu rerum arcanis effulciat omnia neruis;
Huius enim vt Mundi cerebrum suprema Minoris
Insidet, irriguóque humectat frigore partes
Corporis integri citimás, & temperat ignem;
Haud secus OMNIPOTENS, *nimios vt mitiget æstûs*
Temperiê liquidâ, summi crispantia Cæli
Sidera, Palantemq́ Chorum superintegit vndis,
Exteriore leues suspendens formicc lymfas.
Hoc genus, vt tradunt, laxis conflugibus olim

Deci-

Deciduum Cælo, noſtríque effrænibus vndis
Oceani immiſtum, iunctis quę viribus ambę
Caucaſeas pinûs, & Atlantis terga ſuperbi,
Immanéſque ſuperciliis, ac vertice, montes
Abſtulerant alios; cuncti vno ſanguinis omnes
Interitu merſuræ animas, nî victor aquarum
Lamechides; effuſa vehens per ſtagna triumpho
Nerea, Neptunumq;, et agentes flumina Nymphas
Arboribus fectis Sanctę in fundamina Nauis,
Relliquias hominum ſeruaſſet; & vltima quæque
Quadrupedum paria; atque altùm enitentia pennis
Vix ſua cognatæ pecudes ſtabula ima tenebant
Deſcriptis quæcunque locis; quando aſpera ſaxa
Ventorum in patriam, tempeſtatúmque cauernas
Ingreditur DEVS, & Corum Boreámque Catenis
Nubiſugos ſtringit; totáſque humentibus Auſtris,
Acriùs inſurgens ſtimulis, immittit habenas.
Continuò excuſſis olli per Inania pennis
Proripiunt ſeſe madidi; liquat omnibus vndam
Barba pilis, frons in tetram ſe plurima noctem
Induit, & nebulas; effuſi à vertice crines
Grandibus exſtillant pluuijs, iuncti agmine venti
Impactis tumidas paſsim Iunonia nubes
Vbera pulſantes flabris, in fulgura ſcindunt,
In ſpurcóſque imbres, depugnantéſque procellas;
Ingeminant nimbi, & crebræ inter nubila flammæ:
Torrentum fluuij, riuíque rapacibus vndis
Iam tumuêre omnes; namque vna hîc Naidas inter,
Ferte citi fluctûs, date murmura, frangite ripas;
Dixerat, & dicto citiùs, natalibus ipſæ
Effundunt certatim antris, iam littora circùm
Expugnata labant cumulis, furit æſtus in aruis,

Commiſti

Commisti Campis amnes socia agmina iungunt,
Diluuium horrendum; vis impetuosior vltró
Voluitur, ac victrix siluas populatur & arces;
Succutitur Tellus, trepidóque exterrita sudat
Tota metu, atque omnes effundit corpore venas.
Túque adeo, Cælum, nilis tu claustra supernis,
Crystallíque lacùs aperis; tota æthere ab alto
Stagna ruunt; vt sacrilege tot probra sororis,
Crimináque eluëres scelerum; cuî viuere turpem
Infandis vitam vitijs fuit vna voluptas,
Omniaq; imperio REGIS contraria SVMMI
Audêre, oblitam legum, immemoremq; pudoris;
Cuíque mihi placuit, nisi displicuisse Parenti.
Fluctibus interea obruitur, mersíque dehiscit
Terra cacuminibus; non molibus ampliùs vllis
Oceanus premitur; non ponti in saucibus vsquam
Perdere sê properant fluuij; tótque æquora Nerêi
Sese indistinctis inter concursibus vrgent.
Omne adeo hoc TOTVM, nil est, nisi gurgitis alti
Vasta superficies; Superûmque fontibus, vndas
Iam miscêre suas inflato murmure tendat;
Oceani suppressa vadis palatia circum;
Orca natat; quærens aditûs acipenser inanes,
In vacuis quondam Neptuni obstacula regnis
Tot sibi facta stupet, tantas se impingere in ædes,
Culminaque & turres, in depressosque colossos;
Rupibus in duris frondes vbi nuper amaras,
Russaq; carpebant, petulans pecus, arbuta, capreæ;
Hispida deformes sternunt nunc corpora phocæ;
Nunc vbi siceus aquas Nereis simia linquat,
Non reperit, montésque manar super arduus omnes
Oceani illudit tremuli stagnantibus vndis;

Heic

Hęc inter corylos, annoſáque montibus altis
Robora, coniferas inter, fera luſtra, cupreſſos
Merſa Mari, plenis catulos Delphinia lactat
Vberibus mater, luctaturq; obuia ramis.
Nil lepori, ceruóque nihil, nil tigribus ipſis,
Ichnobatæq; nihil, leuibus nil denique mannis,
Æquati vento curſus, plantæq; volantes
Proficiunt; nam quò prorſus, rurſúſque ferantur,
Inq; orbem redeunt magis; hoc inſtantiùs vndam,
Hinc illinc, trepidant miſeri, fugiúntque ſequentem;
Iam propiùs, iam cuncta vident ſubſidere Ponto;
Sub pedibúſque magis magis euaneſcere Terras.
Ambiguus fiber, & Nili regnator Aquarum,
Terribiliſque Solo Crocodilus; amaſiáque acris
Teſtudo thymbrę; duplicis qui gaudia vitę,
Et geminas habuêre domos, nunc ſola ſub vndis
Antra habitant, nec tecta ſuper ſunt pluria regni.
Agnis atque Lupis laterum pax; Dama Leonem
Impauidus tangit, paritérque feruntur in vndis;
Præcipites Aquilę, & Veneris ſua cura Palumbes,
Vulturiuſq; augur, & amœni nuncia Veris,
Poſt quam fata diu obnixè luctantibus alis,
Præſentémque grauiſtiterunt certamine mortem;
Excluſi tandem ſpacijs, vbi ſidere poſſent,
Corporibus lapſis, animas in gurgite ponunt:
Quos hominum hîc æſtus, voceſq;, fugaſq; gementum
Reſpicio! mihi membra memor quatit omnia ſenſus:
Præruptas alij nebuloſo vertice rupes,
Arduáque irrepunt terrarum; hi ſcandere Turres;
Pars manibus volat & pedibus conſciſcere Pinûs,
Aeriáſque domos auium, extremíſque vacillant

Ramorum ordinibus nixantes; feruida donec
Incrementa Sali, dirúmque, heu! vorticis agmen
Ora oculósque premit; nam quò luctantur in altum
Vsque magis, tam solliciti magis incita surgit
Vnda Maris; miser hic recubans super assere rapto
Fluctuat; hic lintri incassùm præsentia fisus
Fata trahit; cistâ quisquam iactatur in ani;
Semisopitus adhuc aliquis; lectóque supinus
Vndosos Pelagi sentit portatus in amnes;
Ille pedes numero ductans & brachia sensim,
Scindit aquas; hinc ab latere, à ceruicibus illinc
Auulsam nunc vxorem, nunc ora parentum,
Nunc natos queritur, fratrésque, suásque sorores;
Remigio donec lassus manuúmque pedúmque,
Supremámque trahens animam, se victus habendum
Oceano dedit, magnísque exspirat in vndis.
Heîc semel occumbunt, crudelibus omnia fatis;
Mille quibus proprium dextras armare sagittis;
Innumeráque inferre lues; dare corpora morbis;
Et tristi trahere exitio pulcherrima rerum;
Hoc sed in interitu Mundi, nisi sola refuso
Supplicia exercent Pelago, Cælíque ruentis
Carnifices adhibent miseranda in funera Nymphas,
Temporis interea, sæuas tranquilla per vndas
SANCTA RATIS, magnum Oceani superambulat æquor.
Nulla tamen leuibus turgebant carbasi ventis;
Non clauus, non remus erat; non quidquid euntem
Incitat, aut vario flectit moderamine nauem;
Olli clara DEVS Cymosura, altóque magister
Monstrat iter, facilem instituens per inhospita cursum,
Pérque omni Maria auxilio distantia portûs.

Tes

Ter quinquagenos voluendis mensibus Vnda
Durauêre dies; steterunt quibus omnia Mundi
Mersa semel; donec Naturæ fata gementis
Vix tandem miseratus, aquas clamore vocauit,
Increpuítque DEVS; *liquidis citò passibus illæ*
Præcipitare fugam, & Pelagi dare murmura retrò;
Fluctibus ingruere hos fluctûs, densisq; sequentum
Vrgeri cumulis; solito Mare carcere claudi,
Conspiceres; Vis tanta DEI *est quæcunque iubentis.*
Exsiliunt Montes, scenis iam siluа retectis
Informes limo, & ramos sustollit olentes;
Iam parent Campi; Valles, fugientibus Vndis,
Gramineos per longa sinûs diuergia panduнt;
Denique pollenti torquet qui fulmina dextrâ,
Terras ostendit Cælo, & Cælestia Terris;
Mactæ iterum vt Sacris fulgerent Ignibus Aræ,
Et pia conceptis fierent Sollemnia votis.
Quando autem & nostro tam tristi hoc tempore NAVEM
Conseruare TVAM, *fuerit tua sancta voluntas,*
Summe DEVS, *Pelago ereptam, Boreæq; procellis;*
Crescere da numero, quorum te lumina spectant,
Sed Fidei magis, & melioris munere Vitæ.

BARTASIADOS

De Mundi Creatione

LIBER TERTIVS.

MEns animi, Ætherios dudum quę vecta per orbes,
Altum fecit iter, summósque enauit ad Ignes,
Quirem diuersis animant discursibus omnem;
Quę ventos eadem varios, celerémque procellam,
Mistáque sulfureis peragrauit fulgura nimbis;
Aëris in spatio triplici, quę tristia miris
Adspexit simulacra modis; pro munere rerum
Grandiùs incessit, nunc pronior ibit ad Amnes,
Depressósque sinûs Pelagi, Campósque iacentes;
Sin tollet sese, aut sublimiùs ore sonabit,
Ardua consurget scopulis, vocémque canentis
Obstrepera vndosi portabunt murmura Ponti.
Qui Maris imperium, solidę qui florea Terrę
Regna tenes; quem saxosi penitissima montis
Fundamenta tremunt, quotiens ea flatibus eris
Tacta tui, totis vlulant percussa cauernis;
Qui salsos sublimè veges ad sidera fluctûs;
Da MARIS & TERRÆ fines bene luminis huius
Describam radio; da versibus ire disertis

Per mollis ſtagna Oceani, perq; arida duræ
Iugera Telluris; florenti vt carmine pingam
Picturos HODIE *illuſtri Sola ſidere Flores.*
Montes illi omnes, quorum alba cacumina denſas
Verticibus ſcindunt nubes, ſub gurgutis vndâ
Primigenî latuêre, nouiſque in fluctibus altos
Cautibus occultis humeros, ſaxoſáque terga
Abdiderunt; nec Terra aliud, quàm deſes acerui
Congeries fuit, ac ſtatio circumflua lymfis;
Cum PATER OMNIPOTENS, *cui rerum obtemperat ordo,*
Qui nos TERRARVM *cunctæ, & Nereidos orę,*
Munificus, fidei ſub conditionibus æquis,
Ferre clientelam voluit; decedere Terrâ,
Effuſóſque iubet Neptunum cogere fluctûs;
Sat ſemel immerſiſſe habeat ſuperantibus vndis
Herbiferum hoc Terrę gremium; ſemel omnia Mundi
Per totum tenuiſſe diem ſubiecta tridenti.
Sed veluti æſtatis medio, cùm ſæpe coortæ ſub
Nigrities Cæli, & nimbis ruit omne refuſis;
Eluuiem paſſim, ac fluctûs iam tendere campis,
Et præbere vides ſpeciem Maris; impete donec
Sedato vndarum, clauſíſque humentibus Auſtris,
Deſtituunt taciti Sata merſa, Palemq; natantem;
Séque bibunt ipſi, aut breuibus ſtringuntur in alueis;
Sic alios HODIE *atque alios Salis æquora magni,*
Montes & Cluos liquido, Camposq; patentes,
Gurgite diſcludunt; cunctis à partibus Vndam
Oceanus trahit, & ſpatijs breuioribus arctat.
Principiò quæ fortè ſuum nec-adepta nitorem
Effigies LVCIS, *multum ex humoribus illis*
Primigenis ſurſum elicieus, ſubtexunt alto;

Quîcis Pater Omnipotens ſtrueret ſublimia Mundi
Cærula fulgentis; loca nî fortê altera fecit,
Quæ caperé hoſpitio nymphas, atque abdere poſſent;
Fortè Solum, Montéſque cauo diduxit hiatu;
Partem aliquam vt tanti graſſantiáq; arma liquoris
Corripiens, Terras aliquà diſcluderet vndis;
Fortè etiam humores, quorum tendentia latè
Perq; Solum, fluctuſq; Maris, pérque Aeris auras,
Nubibus intertexta nigris quaſi pallia nabant,
Vt premeret DEVS, his ſeptis ac carcere clauſit;
Cuî fruſtra Oceanus (iungant licèt agmina venti)
Montibus vndarum, telóque tricuſpide pugnat;
Non etenim erumpet tumidus, quas littoris ipſi
CONDITOR oppoſuit metas; nam præſcius, æſtu,
Et quibus vnda animis, ac ſeditione valeret,
Fortes iniecit frænos; perſæpe ruentis
Immanes contra furias, immota feracis
Obtendit fulmenta Soli, Scopulóſque rigentes.
Nónne etenim haud nunquam tantis contorquet aquarum
Vorticibus montes, magnam vt latrantibus vndis,
Diluuiem paret Oceanus; quos littore frangi,
Illiſóſque cauis videas albeſcere ſpumis
Inualidos, nec poſſe datis ex finibus ire?
Nam quæ res Pelago, illius mandata morari
Aut leges valeat; cuius vox ſola iubentis,
Iſacidis quondam præſenti ex hoſte receptis,
Diffidit obſtantes Erythræi gurgitis vndas;
Per cumulóſque viam faciens, & diſſita in altum
Æquora, ſublimes ſuſpendit ab Aere nymphas?
Quíque Paleſtinum conuerſis cornibus amnem
In capita ire ſua, ac fontes repedare gemellos?

Et Ioſuam optatę iuſſit Telluris in aruo
Cum ſocijs ſtare incolumem? Qui limina leti
Immiſſis patefecit aquis; cùm ſæua per omne
Paſſim hominum pecudumq; caput Libitina cucurrit
Qui ſolidis ſaxi prorupit flumina venis?
Et, quòd aquæ grauitas totum ſic tractibus Orbem
Circuit obliquis, magna eſt hic Inſula Mundus;
Quale ſuper tabulâ liquefactis fuſile venis,
Mille viam infringit ſpatijs, & ſe arctat in amnes;
Ambiguíſque ferit Plumblum ſua brachia riuis;
Hîc teretes porgens radios; hîc tortile ludit
Se ſpiris ſinuans; illic ſubtilia longè
Curſus fila ſui extenuat, calidíſque mæandris
Mille trahit varios plano ſuper aſſere formas,
Temporis in puncto exigui: ſic æquora Magnę
In gremium Matris GENITOR diſtincta figuris
Miſcuit haud vnis; iter hìc Maria alta rotundum;
Quadrifidas nonnulla vias, per plurima latas,
Obliquáſque alia inueniunt; facere illa decuſſem;
Pyramidis quædam videas? ceu cuſpide tendi;
Scire licet, lymfis medium humectantibus Orbem,
Vt decoret magis, atq; opibus magis auctet opimis.
Vt Pelagus Germane tuum; vicináque gentis
Æquora Memnonię; Perſaſq; quod alluit vndis;
Et quod odoriferis Arabum ſe iactat in aruis;
Quódque graues noſtrę fluctûs immittit arena;
Quæ ſpatijs diuerſa ſuis, porrectáque longis
Brachia littoribus. Terrarum, partibus, oras
Imparibus dirimunt tribus, & confinia latè
Tractibus incingunt varijs, ac limite ſignant.
Sed Maria hęc quantùm ſe cunq; extendere pergunt

Oceani immensum non sunt nisi vinus ad æquor;
Illa vijs diffusa suis, multóque reflexa
Interiore sinu, proprium quibus agmen aquarum,
Brachia centum alia extendunt, non altera magni
Corpore ab Oceani; sed Terræ obeuntibus oram
Patria finitimæ tribuerunt nomina gentes:
Nimirum occultis vt per spiramina caulis
Insinuent sese, prægnantis & vbera Terræ
Distendant ceu lacte nouo; venísque salubres
Dulcibus exsiliant fontes, & fluminis vndæ;
Ora quibus circúm per se nimis arida, ruris
Exhilaret genium, & vario se flore coronet.
Præterea Oceanus sua Terris brachia tendit,
Finibus vt gentes teneat, Regumq; superbas
Armatorum acies, & bella vagantia sistat;
Vt propríjs alios viuentes legibus, altè
Objcibus tegat æternis; & ut extera rerum,
Extremósque homines, variantis flamine venti,
Conciliet coràm, ac gemini commercia Solis,
A matutini longinquis amnibus Indi,
Herculis ad seros possis exponere portûs,
Dum semel atra suos abiungit Luna Iugales.
Sed non, quæ dixi, Tellus, medioxima tantùm
Oceano debet pelagê; alternantiáque æstûs
Æquora; quêis Triuiæ vndantes dominantur habenæ;
Et Tanaim debet, gelidas qui natus ad Arctos,
Europam atque Asiam magnis interfluit undis,
Et septem-geminos pelago qui concitat amnes
Diuitis è Terrâ Ægypti, debétque propinquum
In Libyâ flumen, totiens quod tramite Terram
Labitur occulto subter; rursúmque sub auras

Surri-

Surrigit, erumpens Deserta per auia fluctûs.
Et celerem debet Rhenum mea dulcia quondam
Flauas propter aquas, longi solatia luctûs;
Is si luctus erat, præ quem mihi patria præbet
Iam menses obsessa decem; crudelibus, intùs
Insidijs, odijsque ardens furialibus intùs;
Hæc ego dum Phœbi medius Martísque, repono,
Carmine commentans tenui; & nunc illius arma,
Nunc huius succincta gero; quin dicere verum
Si liceat, gemino pariter me munere fungi
Pierides norunt, mecum (quod ringitur hostis)
Per Terram, tractúsque Maris, per inania Cæli
Inuitis spatiatæ odijs; quę mœnia nostræ
Tot menses Patrię sederunt vndique circùm.
Anglia et Tamesim, bis quem iam vidimus ipsi,
Vtq; aperit fontes, & vbi Londinia magnus
Mœnia succedit, pontemq; volubilis vrget
Fornicibus longum egregijs, atque adibus altis.
Romanis inimicum amnem, nimijq; statorem
Imperij, Euphraten; debétque Insigne Niphatis
Alterum, inaudito volucris velut impete teli
Magnanimum Tigrim; septem fluuiísque sonantem
Danubium, Illyricis latè qui regnat in aruis.
Nobilem ei & gemmis, et Bacchi ingentibus actis,
Vnde habet antiquum Thaumantias India nomen;
Et Gangem spatijs immensum; auríque micantem
Illustri fabulose Tagum; Volgamq; niualem,
Pinguia Tartariæ peragrantem pascua Terrę;
Eridanúmq; patrem, centum qui cinctus in æquor
It fluuijs, centum rapidis rigat amnibus vrbes;
Ingentis Rhodani debet celer agmen aquarum;

Et celebrem Orphęę fidibus testudinis, Hebrum.
Sequana, qui fortes distînxisti limite Belgas,
Fratribus à Celtis quondam; Populísque Garumna
Pote Pyrenæis, & vatis clare Salusti
Liligeris Musis; quo tu cantate solebas
Sæpe irritatis efferuere fluctibus alueum:
Et nunc multa tuis resonans in montibus Echo,
Vasconidésque deę pariter, genijq; locorum
Iucundos circum fontes, per rura Toloſę
Cælestes iterant tam molli gutture versûs,
Totus vt ad numeros Orbis mirantibus aures
Præbeat arrectas animis, plaudantq; Camanę.
Te quoque, Scalda, legent hæc inter clara nepotes
Flumina, florentem populo, & felicibus aruis,
Incolumi quondam patrię dum fata manebant;
Nunc ego te testem scelerum, tristísque duelli,
Atque auersantem video pallentibus vndis
Crimina; quærentémque tuis, quos nuper habebas,
Pinguibus innumeros pratísque, agrísque colonos;
Nunc te nulli adeunt, nulli tua gramina tundent
Agricolę; tantùm lixę, fœdíque volones,
Desertas rapiunt nymphas, Dryidásque cruenti
Exanimant laceris tractas per rura capillis;
Sæpe etiam, infandum! manibus pedibúsque legatis,
Et iugulum elisas, vbi nostram aduenerís vrbem,
Obijcis ante oculos æuo lactente puellas,
Spectantem fletu impediens; portisq; relapsis
Volueris in præceps, pontem indignatus in vndis
Quem fecêre tuis, patriam obsidione prementes,
Hinc Iber armipotens; hinc diri posthuma Martis
Progenies, Itali; & leuibus bene nota caballis,

Se

Se Dodonigenâ iactans Albania Pyrrho;
Hinc nimiùm oblitus cauſſam, vilíque Alemannus
Venalis pretio; & fraterno à fœdere lapſi
Hannones, Arteſij, atque animis Burgundia magnis.
Porrò inde obliquis ſinuans te flexibus, erras
ADVERSAM versùs; vndis vbi ſpumeus altis
Murmuréque increpitans muros, pete diuitis auro
Auxilium populi; ne Gens dum ſingula pugnet,
Cuncte vni dare colla iugo cogantur, & igni.
O Patria! ô multis opulens, & clara domorum
Laudibus antiquis! totiens tam fortiter arma!
Arma foris totiens! totiens que fortiter arma!
Nunc ſic diſſidijs animos, & perdere vires?
O turpes ignominias! ô triſtia Gentis
Fata meę! quid Maiores ſub Manibus imis
Nunc indignari, votíſque expoſcere, cenſes?
Quò dolor abreptam ſtimulas? age Muſa, quod inſtat,
Perge iter, & Patriæ triſtes nunc mitte querelas.
Denique ſub pedibus quæſitum abſcondita miſit
Æquora, in Occaſum, lymfis quos dulcibus Amnes
Margine præcinctos viridi, curſúque ſonantes
Reppererint Regi vndarum ſemel arida debet
Oceano Tellus; lato qui flumine magnam
Vim vehit argenti, Paranam; Niloque refuſus
Perpetitur geminos, pro tempeſtate, labores.
Quam Darîus bibit Ammerien; vbi Tertia ab auro
Regia Caſtiliæ ſumit ditiſſima nomen;
Quæq; Parethonijs ſimili dat corpore fœtûs,
Quîs Mala inferior riget vno immobilis oſſe,
Lætitiámque valent lacrimæ; Maragonius vndis
Turbidus immenſis, noſtros vbi plurima cœtûs

Inſula,

Insula, & herboso pecudes alit hubere multas;
Auro eadem argentoq́; nitens, palmáq; smaragdis
Nobilis egregię; quo cuncti more, Parentem
Respicit Oceanum, Terraeq́; interluit artûs.
Nec non quos imis latices huberrima Tellus
Intus habet venis; nitenti quę vitrea roris
Naiadum chorus exanclans carchesia ab antris
Fundit humi; leuium domino debentur aquarum;
Deîn pro re natâ, locus vt, vel postulet vsus,
Oceano geminâ reddit ratione liquorem,
Muneris accepti memor; Vt cùm fomitis ardor
Faucibus ingeritur clibani, feruescit aênum,
Ambrosiumq́; halant fragrantia cinnama nectar;
It rarus vapor, aut tegminis arce residit,
Haud potis vltriùs teneri perferre volantem
Humoris nebulam; ductáue ex stirpibus vltis
Subtiles animas; calor heîc circum aggere septus
Sese agit in guttas, & fornice lubricus errat,
Molliter affusus; gutti spiramine donec
Ingeminet stillans lacrimas, tepidumq́; nitorem
Vasi vsque immittens, cumulo succrescit aquarum:
Atque ita in Oceani purus qui fluctuat vndâ,
Ab siccis Phœbi elicitur feruoribus humor,
Per liquidíque auras latè differtur Inanis;
Heîc vitreę fit corpus aquę, quod denique ab Alto
Deciduum, haud vnâ repetit de parte sorores,
In Patris viridi ludentes gurgite Nerêi.
Nam quos Terra sinu, sub visceribusq́; cauatis
Digerit occultos latices; per hiantia postquam
Vbera colauit, liquida sub luminis oras
Proruptos tandem scatebris ebullit apertis;
Aut rupes foras excesas, & montibus altis

Mille ſalebroſo vibrantes impete Nymphas;
Mille diu Nymphas, internoctúque percnnes
Mille parit; tremulo hinc ſaliunt cum murmure Riui;
Aſcitíſque ruunt Riuis, niuibúſque ſolutis
Vndique Torrentes; animis qui magna ſuperbis
Flumina, & ingentes inflant decurſibus amnes;
Littora qui multo longè Neptunia flexu
Contendunt petere, & Thetidis miſcentur in vndam.
Haud etenim erumpunt tumidi ſic rupibus Amnes
Elicis auſpicio proprij; quippe inſita Cælo
Saxa cacuminibus, montéſque immanibus albi
Quotquot denſantur Niuibus, ſurgentia latè
Incrementa addunt, cumuliſque ſequentibus augent;
Nam ſimul acceſſu ſtimulans propiore Iugales
Conuerſum iam tendit iter, renouátque laborem
Prateritum Titan, reducis Floralia Veris
Fulgenti huc ciſio refcrens, ſimul igne coruſcis
Carpathum agit radijs, ſenis aſpera barba repentè,
Per pectúſque mines, per gibbera terga pruinæ
Tabeſcunt morientes; hærent artubus altè
Tela dei; viridem ſumunt inga ſumma colorem;
Per præceps cadit vnda ſonans, nymphaq; ſequentes
Vndique ſe rapido celerant pede; murmura paſſim
Per longos ſilicum amfractûs, rectáſque lacunas;
Torrentum iam multa manus peruoluitur agros;
Quorum alij inuideant alijs, & vincere curſu,
Aut conferre pares certent cum fratribus iras;
Hàc alij fluctûs, aliâ de parte ruentes
Aſſunt rurſum alij; properantéſque agmine iuncto
Hortantur ſocios; iter & furor omnibus idem.
Illi autem illapſi pariter maioris in vndam,
Nomináque & vires dominanti in flumine ponunt;

Incidit hoc alij rursum, quod latius aruis
Imperium tenet, ac longis it flexibus vndans;
Littoribus donec, quę iusserit omnipotens REX,
Primi aliquo Maris in gremio, vectigal aquarum
Oceano, è magni pendat confluigibus Amnis.
Attamen ex istis Pontum quę cursibus omnem
Vndique perpetuò insiluunt; aut imbribus actis,
Desuper huc mittunt pluuias; nil cærula Nerei
Grandiùs insurgunt solitò: Namque omnia quamuis
Accumules, quæcunque Solo labuntur ab omni
Flumina, Neptuni in regnum; nimbósque cadentes;
Ad vasti summam Oceani, vix vnius instar,
Aut guttę alterius; sed verò ardentibus humor
Principis Astrorum ab radijs, vt diximus antè,
Cernitur afflatus minui; Ventósque videmus
Cærulea assiduè verrentes Æquora flabris,
Partem aliquam rapere vndarum, tantumq; vicissim
Haurire humorem, ac tenues differre per auras,
Quantam Terra sinu, comitantibus vndique Nymphis,
In Mare fundit aquam; quantósque obscurior imbres
Iuppiter inuergit Pelago; regnantibus Austris.
Sed veluti ardores, quassánsque horrentia frigus
Membra gelu, & dentes feriens cum murmure stridor,
Querquera quę faciat Febris; non intima casu
Viscera corripiunt, sæuumq; calentibus ignem,
Aut tremulis affllant hiemem temeraria venis;
Ollis certa subest redeundi meta, modúsque;
Sic Pelagi suus Accessus, certísque Recessus
Passibus alternans, fluit huc, modò refluit illuc,
Ex álto in littus, rursúsque ab littore in altum.
Vel quia, cùm primis iecit fundamina rebus
Omnipotens OPIFEX, ne tempore cesset in omni,

Flos dedit Oceano motûs; iussítque priorem
Ire, redire viam assiduè; seu verbere turbo
Fortiter impacto trepidans; primísque per orbem,
Continuans plagis animos, sese incitat vltrò:
Aut vt versanti mulier quod pollice torsit,
Verticulum suus ardor agit; se pendula filo
Vis celerat fusi; primóque volubile motûs
Gestum agit instinctu, & propriâ vertigine durat.
Aut istud Pelagus, longè quod littora plangit
Herculeas extra metas; cuî nominis ingens
Antiqui imperium dederunt Atlantides vndæ;
Nil nisi particula Oceani est; quem fluctibus ipsum
Vt tetigit, vehemente adtum molimine tentat,
Dans sonitum saxis; cautésque furentibus vndis
Vndique nequiquam oppugnans, ipso impete retro
Volutur in caput; & contorto vertice spumat,
Littoribus proprior nostris; mox agmine verso
Rursus in obstantes humeros, immotáque terga
Irruit, & versis iterum se pulsat habenis.
Siue hoc noctis honos, cui regna illa humida parent,
LVNA facit, Pelagíque vices, & temperat Æstum;
Certè equidem simul illa altis subit æthera bigis,
Continuò Maria affluere; & turgentia nostris
Pugnare aggeribus, salientésque addere fluctûs
Occipiunt; simul Hesperij descendit ad Orbis
Pronior Oceanum, soliti sedêre tumores;
Sin exaduersùm tremulo variantia monstrat
Ora Mari; redit Oceanus, noua grandibus vndis
Cornua suspiciens Triuiæ: simul excita Thetys
Insequitur; parilíque adeunt pede Neptuniæ:
Denique si medium super inferioris Olympi
Cynthia depresso portat notha lumina curru;

Lit-

Littora lasciuæ fugiunt arentia Nymphæ.
Multùm adeo Atlantis pelagus, quo Regna riganti
Barbara, præuertit refluæ certo agmine molis,
Et Ligurum fluctûs, & quæ freta languida Thracum
Bosphorijs saltem tremulas in faucibus vndas
Horrificant; mollem hæc veniunt, salúntque per æstum
Quod stagnátq, salum, Maris vsquam aborigine creium
Non facit alternos, Marium quos cetera, motûs:
Nimirum, vt perhibent, vdæ inconstantia Lunæ,
Quę premit, & ponto faciles mox laxat habenas,
Maiores longè, magni per marmora Nerêi,
Cornibus effundit vires, quàm rupibus altis
Vndíque vallatas circùm impendentibus vndas,
Adstrictúmque fretum superà; ceu fortè Leonis
Per medium ardorem, quando imbricitoribus Austris,
Concilióque omni ventorum, in carcere, clausis,
Æolus eructat somnos, aut otia ludit,
Flauentes meliùs campos, & aperta viarum
Delius exsiccat radijs, ac nubila terget,
Quàm loca depressas inter fugientia valles.
Fluctibus Oceani in magnis, altóque profundo,
Huius si nequeas vestigia nosse tumoris,
Vndarúmque vices; quantos ad littora volui
Passibus ambiguis luctantes conspicis Æstûs;
Scilicet vt pugni vibrant pulsatilis aurę
Asperiùs, venæq; extremâ in parte micantis,
Pelli tentautum digitos maiore putes vî;
Irrequieta freti haud aliter feruentibus vnda
In huius, noto assiduos citat agmine motûs.
Nec quàm Luna soror, Mundi fulgentis Ocellus
Sol Hyperionius, minus in Nereia regna
Iuris habet; nymphas Marium sibi vendicat omnes;

Quippe

Quippe vbi ſquammigerâ, Phœbus, quod gente natatur
Immenſum radijs afflat candentibus æquor,
Aſſiduè tenues ſuccos, tenerúmque liquorem
E tumidis Amphitrites nutricibus haurit;
Vt reliquum nihil Oceano, niſi fluctiuagum ſal;
Frigidáq; haud aliud Thetys vehat omnibus vndis,
Quàm pinguem veluti limum, ſtiſſíque recoctam
Koris amaritiem, & potu nec-amabile virus;
En mare (vbi magnis timeo ne mergar in vndis)
Mille meum in pelagê, iactat caput; illius humor
Vſque repercuſſu tumidus, mihi cuſpidis huius
Pierium inflauit latucem; vertentibus ergo
Proxima, nec cauſa eſt, quin præpetis oſtia portûs
Arripiam velis; mollíque in graminis herbâ
Expoſitus, ſequar inſignes à fontibus vndas;
Aut ſacri prope ſtagna lacûs; aut margine riui
Dulcè ſuſurrantis recubem; nymphâſque locorum
Indigenas, videam, quantâ ſint indole quædam,
Qualiáq; abſtruſis AQVILEX *det flumina venis,*
Cui maria, atq; omnis terrarum obtemperat humor,
Attonitam mirâ teneant vt imagine mentem,
Illecténtque ambas, oculis mirantibus, aures,
Fons apud Ammonis, noſtram cùm Cynthius oram
Lumine pelluſtrat ſupero, magè frigoris alget
Adſtricti glacie; ſin intempeſta ſilet nox,
Atque adeo illius faciem Luna alſa rectis
De ſuper irrorat radijs, Vapor igneus omnem
Exagitantq; æſtus; tantum feruentis in ipſo eſt
Inſtar aquæ, caldi in gremio quæ bullit aëni,
Certum fama tenet, Ciconum qui labitur aruis,
Eurymenem, duras pôtis inoleſcere Cotes:
Frondeáque in lapidum, verti virgulta, rigorem,

Quæ fert cunque ſuis pariter voluentia lymfis.
Et Silari quidquid, ſalubris licèt, innatat vndę,
Duritiem induitur ſaxi; ſeu fiſſile lignum eſt,
Seu plantę folium; raſâ vel ab arbore cortex.
Num tenuem, at mirum tacitus præteruehar amnem,
Qui medius Raphanæam inter delapſus & Arcen
Deſinit, hebdomadæ quotiens abiêre dies ſex;
Septimáque enituit diuinis dedita rebus.
An degens ſi fortè piꝰ ſub marmore riui,
Cæleſtis Genius, nymphas viridantia circum
Prata laborantes, ſenis ſolemnè diebus
Quæ vitreæ fundunt plenas aſpergimis vrnas;
Septima vbi redĳt ſacris operanda Statutis,
Conuocat, abſtineantq; iubet, condítque ſub antris,
Donec ſancta dies patrĳs ſub legibus iunt?
Propter Eleuſini recubans vmbracula fontis
Si calamos paſtor digitis percurrit hiantes,
Protinus exſiliunt nymphę & laſciua per vndam
Aſſiduo in numerum rapiunt veſtigia motu;
Aut amne in medio læues cum poplite ſuras
Impediunt modulis, & brachia cantibus aptant,
Siluęſtrem tremulo ſimulantes corpore Muſam.
Si latices Cephiſe tuos Pater optime Vatum;
Ceronénue bibunt; aut dulcis flumina Xancti,
Balantum pecudes; tincto iam vellere ducunt
De te, candentem; reliquis de fontibus, atrum
Ille facit; rubrum pecori linit iſte colorem.
Nunquid Erythręi ſileam miracula fontis,
Littore quĩ ſcatet in medio, & natiua bibentum
Inficiens, giluis contingit vellera ſuccis?
Quæ veſtrum Cilices, olei vis ignea fontem
Pinguibus implent ſcatebris? quando Euhius antrũ

Inſilĳt,

Insilijt, terręq; sinûs penetrauit ad imos,
Andrus vbi, circum Ægæi radentibus vndis,
Terræ Orbem extendit; senis vt sub tempora Iani,
Vinosus redeat; nymphásque potentibus vuis
Sub diuum trahat ebriolas? num pectora Tellus,
Tam fœcunda tibi? num per loca subdita Nocti,
Malleolos lætæ soleas spem pangere vitis?
Interiúsne situ æterno, et sine lumine colles
Vitegeni vt scateant laticis? num pampineus ros
Intus ibi, ac plenis spumat vindemia labris?
Num virides Terram subter nascuntur oliuæ
Orchades aut radij? Pallásne olearia cinctis
Munera dispensat famulis? num cerea musto
Nyctileus tingit direptis crura cothurnis?
Non te etiam indigenûm Sclauonia mirer aquarum,
Fons vbi prægelidus penetrat subtilibus ignem
In stupas iaculis; et pannum ardoribus implet?
Chaoniæ sileam te subter brachia siluæ,
Vnda Iouis, tectâ pollens sub frigore flammâ?
Ardentes etenim tędas exstinguit in vndâ;
Exstinctas, ô prodigium! rursum induit igni.
Has equidem rerum species, peregrináq; Terræ,
Semina et effectûs varios, mendacia vulgi,
Sicelidásque putem nugas; sic credere testes
Ní persuaderent insigni nomine centum;
Insuper his auri extimulans quos pręda coëgit
Currere ad abstrusos hominum, metasq; rotundi
Limitis infernas, nî se maioribus amnes
Ingenijs, illum, asserent, reperisse per Orbem.
Partibus in Mundi varijs, ex agmine tanto
Disparis vndarum naturę, Dædala rerum
Quas Opifex, Geniusq; pater dignantur honoris

Dotibus eximiè miris, conflare volumen
Iustâ mole queam; sed non nisi cognita longè
Littora transuectis, gentesq; ab Atlante repostas
Æquor in occiduum, et Cauri ad spiracula versùs
Sex-septem monstrasse iuuat; quarum vnica visu,
Atque incredibilis, sed compertissima vis est.
Solis in occasi medio iacet Insula ponto,
Fortunatarum ex numero, nunc Ferrea nomen,
Semiferis habitata viris; non flumine viuo
Non lauere os patrij possint qui fontis in vndâ,
Non Hyadum lacrimis; sed ab ipso, tempus in omne,
Aëre pensilibus guttis, succíque perennis
Dulcibus exsudans scatebris, dat habere volentes,
Sedent vnde sitim, felix vliginis arbos:
Arbor in exili, magnísque ardoribus vsto
Creta solo, cuius densis tenuissima fibris
Stirps fugit arentis latebrosa per Auia terræ;
Non procera nimis supero se vertice tollit;
Sed nucis assimilem magnæ, semperque comantem
Diffundit siluam foliis; stant nubila circum,
Et vapido ingeminat liquentibus arbore guttis
Ros quasi substillus; Phœbi quem feruidior fax
Quò propior minuit; pro curriculíque tenore,
Crescere permittit nebulam, & spissescere cælum:
Continuos qualis latices, genmáque nitentem
Vitis agit lacrimam, serâ quæ falce putatur;
Talis ea est arbos, talem se humoribus altis
Exsudat semper fluidam, fontísque propinat
Indigenis largi speciem; quantum omnia gentis
Cymbia non capiant, auidúsque exhauriat ardor.
Insula inocciduas Islandia vergit ad Arctos,
Quam vetere indigitant multi cognomine Thulen,

Hæc

Heic manant gemini miro ſe robore fontes,
Diſparibuſq; animis, craſſus namque únius humor
Stringitur in ceram; videáſque increſcere ſaxis,
Quidquid id eſt, quod in alterius delabitur amnem;
Hêic æſtûs tamen æterni; bullâſque volantes
Cum fumi ne bulâ glomerat vapor vdus ad auras.
Vidi ego non ſemel (Auſtralis quà Cingulus Orbem
Porrigit obliquum, non longè à montibus Arti:
Magna Caledoniæ cis quos Palatia Regcs
Vſque habitant, dum durat hiems.) qui pingue refundit,
Nonnil flaueſcens; ſpiſſíſque quod innatat vndis.
Has, noui, tamen vt ſalubres, qui ducceret hauſtim,
Agricolam: ſepe euacuant hunc funditus omnem,
Vt quod ſubſedit ſcatebris, detergere poſſint,
Eſſe feram aduerſus ſcabiem medicamen amicum,
Denique vbi noſtro oppoſitus diſcluditur Orbis
Exiguâ quem claſſe vehens Phaëthontius heros
Repperit, auſpicijs fati maioribus audax;
Nobilium genetrix magna eſt Peruuia rerum,
Auri præcipuè; immenſam quę prodiga opum vim,
Ingentéſque feris animos victoribus auxit;
Cis ſacros Helenę montes; argentea lati
Flumina trans Paranę, craſſâ pix fontis ab vndâ
Liquitur, & longè ſteriles committit arenas:
Ex alio reſina fluit, terebinthina qualem
Ligna ferunt, Syriæq; liquant ſtillantia ſaxis.
Hæc illo Mundi fiunt creſcentis in Orbe;
Flumina vbi alternis ſumunt, ponuntq; laborem,
Hêic etenim certum eſt fluuios, quaſi tempora norint
Quid ſpatioſa diê; gelidę quid ſidera noctis,
Diſtinctorum operum moneant, fluitare diurnos;
Suſpenſiſque vijs, ſolidas requieſcere noctes.

Omnipotens rerum GENITOR, *ne laudibus vſquam*
Iuuidiſſe tuis videar, per-maxima mentem
Cura ſubit, ſi tot liquidis loca fœta Metallis;
Tot ſubtêrque ſolum pallentes Sulfure riuos;
Atque Bitumineos latices; tot Aluminis vndas,
Prætereamq; Nitri, calidis quę mille ſub antris:
Illa etenim Argenti fumantia flumina Viui,
Nympharúmque amnes alij, dè corpore morbos
Mille abigunt, lentáſque liquant ſuffimine labes,
Quę noſtri, ante diem, flores populantur Aprilis,
Temporáque inficiunt cânis, ac ſcribere noſtram
Feſtinant nimiùm repetito tempore mortem.
Inuitet quamvis animus; licèt ordine longo
Thermarum cupiam ingenia, & deſcribere vires;
Obſtupui quas ſæpe tuis Germania terris,
Italiæq; aditu; atque alijs in partibus Orbis;
Iſtius tamen excludor breuitate libelli:
Gaſconię ſaltem vnîus miracula tangam,
Sulfureóſque amnes, & agentes flumina flammas;
Gaſconię; quę tota Virûm, quę tota Metalli i
Laudibus, & numero, quę tota feracibus aruis
Hîc Bacchi, hîc Cereris, populos ſupereminet omnes,
Hæc Calidis ćadem Terrai exuberat Vndis,
Feluces pariens Fontes, miríſque ſalubres
Seminibus Riuos, & venis Balnea vines;
Quò Peregrinorum, varijs ex gentibus, ægri
Conueniunt, longos morbi compeſcere fluctûs;
Huc obſtructę vterum, ac ſteriles; huc membra ſoluti
Vlcerćque huc rubei, & calloſi; huc vincula plantis,
Huc manibus nodos iniecti; huc auricularum
Marmore ſordentes, vtroque ab littore Solis,
Huc properant, gratíſque ſuum medicata dolorem

Anxilia

Auxilia inueniunt hilares, votísque tenentur.
Encaussæa meis respondent balnea dictis,
Et salubrem glauco quam fonte Baregides vndam
Eÿciunt nymphę, Cauderitidésque sorores:
Nam quid Aquę-Calidę, Berneraq́ montis ocellus?
Montis; vbi Alcides (non falsi parens nothus iste
Amphitryoniades) vbi nostri sanguinis heros
Gallicus Alcides Pyrenes arsit amore
Virginis, æterno celebrat quę nomine montem,
Duiduos Gallis qui longè incurrit Iberos;
Hæc eadem egregiam dedit illo ex stemmate prolem
Gasconij auctorem generis, qui fortibus ausis
Se monstrant non degeneres virtutis auitę.
Berneram assiduis niuium iuga candida crustis,
Ab latere adspicunt vno, viridariáque illinc
Tendere per pinguem semper-florentia campum
Immensis pergunt spatijs; Peneia cuius
Perpetuos nequeat præuertere Vallis honores;
Ipsa nouis splendet fabricis, nitidámque domorum
Vndique præsentat speciem; tegilla per omnes
Cæruleis partes fulgent Ardæsia tectis,
Oblectant q́ oculos; trepidans per strata viarum
Singula, festiuo ludit pede limpidus amnis,
Emissóque, vrbi quotiens lubet, agmine verrit
Hinc atque hinc vicos omnes; tenuissima quamuis
Interualla patent, ac vix discrimine paruo
Separat albentes glaciê mage frigidus vndas,
Flumine ab alterius calido, nymphísque metalli,
Non tamen illius sese intermisceat amni,
Magnanimus, digito nolut tetigisse calorem.
Narro tibi, hoc mirum est; Sed Lersi orientis ad vndam,
Natali quem sæpe foras de rupe videmus

Se ruere, & ſubitis torquêre incurſibus amnes,
Nil equidem accedit: Si, quod ſcripſêre Priores,
Aßiduè Euripum quæ terq; quaterq; poteſtas
Ingeminare ſuos arcanis viribus æſtûs
Cogeret; anciputi dubium vexamine mentis
Anxit doctum hominem; ſpes vt delapſa, pudórque
In fluctûs dederint; capere vt quos ipſe nequiret,
Ipſum illi acciperent, iſtud ſi credere fas eſt;
Dic mihi, quid faciat; ſtudio ſi deditus idem
Contempletur aquas, queis Mazericia Lerſius
Rura lauit, Belleſtadij, prope Foxia natus
Montibus in celſis nemora; & portare Toloſam
Ligna ſolens, ſtruicéſque agris exponere circùm;
Tempore ſignato, Cæli dum Phœbus vtrúmque
Curriculo emenſus ſpatium, ſe ſiſtit eódem,
Vnde iter inſtituit; ratium iàm portitor amnis
Æſtuat alternè viginti-quattuor æſtûs;
Continuos aliquot virgo dum conficit orbes
Cynthia, & obliquat fraterna in lumina vultûs;
Per media horarum, fugitiuis alueus vndis
Funditùs areſcit; rurſum ſe turbidus infert
Impete tam effuſo, ſoliti ſub temporis horam,
Vt celeres nulla impediant obſtacula curſûs;
Inſignéſque animis fluuios, & fluctibus æquet:
En doctum numerandi amnem, vt ſapientibus vndis
Exactè momenta tenet? non indigus artis,
Non inſtrumenti, certas quod ſupputet horas,
Vatis læta pij iam linquere rura Saluſti
Admonuit me Muſa, mei; cæptúmque laboris,
Perfice, dixit, iter, memorandáque reſpice rerum.
Illa DEI *manus omnitenens, æternaq;* MENTIS
Virgula DIVINÆ, *Siccum ſapienter & Vdum,*

Ordinibus

Ordinibus ſociata ſuis Elementa locauit;
Abſque etenim Humenti nequeat conſiſtere Tellus,
Nec ſolidis ſine fulmentis, & littoris orâ,
Fluxa Tridentiferi teneantur prædia Regis:
Ergo ſeſe inter nodis connexuit ambos,
Implicuítque ligans gremio & communibus aruis,
Scilicet Oceano non-nil petulanter amanti
Terra aperit fœcunda ſinûs, fluit ille per omnes
Se penetrans rimarum aditûs, arentiáque altis
Viſcera diſtendit ſubtilis fontibus vndę,
Complexus mediam; ſubtus, circumque iacentem
Brachia diducens, paſſim ſe lubricus inſert;
Déq; ſimul miſtis PILA ſit MEDIOXIMA Mundi
Corpora enim amborum ſi non ſeſe apta tenerent,
In cuncto Cæli amplexu, quaſi TOTIVS axe,
Puncti inſtar MEDIVM; pelagi vaſtiſſima regna,
Terrarúmque plagę; prono quæ tramite linquunt
Hinc illinc Cancri ſpatium, non, humida noctis
Sidera, & æquato ſpectarent limite lucem:
Præterea illi orbes, mediam qui finibus æthram
Vndique deſcribunt, aciéſque vbi lumina hæret,
Non bene-dimenſi ſpatijs caperentur iniquis,
Et foret hinc Cælum propiùs, vel longiùs illinc.
Nos etiam, aut noſtris contrà qui greſſibus inſtant
Dextrorſum obliqui, gelidę per tempora noctis
Pluria Signiferi quàm ſena Inſignia ſpectent:
Sed nec Luna vnquam integeret caligine vultûs
Luminibus defecta ſuis, cum Terreus Orbis,
Æquoreaq; vndæ, triſtis nigrantia diuæ
Tempora diſcludunt medij, ſpoliantq; alienis,
Ora quibus ſolita eſt fucare nitentia flammis,
Sed neque, qui ſtellis totus circumtremit Æther,

Alte-

Alter utrímque Orbis vigiles, discrimine certo
Quattuor efficerent de Tempestatibus Annum.
Nónne ergo existis, quę dixi, corpora certum est
Et Maris & Terręe, formâ constare rotundâ?
Vndique quam rapidis intentans lora quadrigis
Sol vehitur circum; Luci vt succedere Noctem:
Hanc illi videas; Terręe Pelagíque tumentum
Oppositu medio: Vel, cùm Vesputius audax,
Paphlagonésq́, Poli, et Ligurum de gente Columbus,
Inuectíque alij Marum per inhospita Typhes;
Qui nostra Antipodum stíterunt commercia regnis,
Velivolísque nouum currentes classibus æquor,
Inuenêre nouos homines; suppostáque Mundo
Mœnia, & aduersos notis regionibus amnes;
Ex oculis geminámque Arcton, Septémque Triones
Amisêre suis; Terram liquet esse rotundam:
Hoc etenim haud vllis fieri pote finibus esset;
Nî se curuatis sinuaret cornibus omnem
Hinc atque hinc rex Oceanus; magnóque sororis
Vndique suffusus gremio, glomerantibus, Orbem,
Omnibus efficeret, gemino de corpore, membris.
O rerum structura animis imperuia nostris!
Qui tantæ instringunt molem compagmis arcûs,
Summe AQVILEX, *ne fluxa retro per Inane ferantur*
Æquora, vel plano saltem se corpore sternant?
An DEVS, *hoc ideo; patrijs quòd moribus vnda,*
Corporis accubuum liquidi deuergere pondus
Ad Mundi punctum interius, soleátque rotundam
Informare pilæ speciem, se fixa sub ipsam?
An verò obicibus laterum, scopulísque superbis
Ardua captiuos includunt littora fluctûs?
Quid si etiam innumeræ spatiosa per æquora cautes

Saxá-

Saxáque, & incanis ſparſę ſub fluctibus arę,
Cærulei immenſos ſuſtentant gurgitis amnes?
An non has potiùs tua ſumma Potentia partes
Vindicijs capit æternis, propriáſque tuetur?
Tu circum hirſutę lapidoſa ergaſtula Terrę
Didis aquam: pronâ Oceanus tibi ſupplicat vndâ.
Dextra tua eſt, ô ſumme DEVS, tua dextra patentē
Quę ſundat pîlis humana palatia Mundum:
Magna etenim è molli ſaltem licèt Aëre Tellus
Pendula, & Oceani pendentibus inſidet vndis;
Tota etſi in ſeſe, prono cubet agmine Moles;
Et ſupra hanc, circùm æterni vertigine lapſûs
Serapiunt, varijſq; volant voluentia gyris;
Ipſa quoque illîus quamvis percuſſa tridente
Fundamenta ſonant, tamen vſque immobilis hæret
Ponderibus librata ſuis; vt amabile noſtro
Præbeat hoſpitium generi, ſedéſque quietas.
Prima hominem Tellus venientem in luminis oras
Suſcipit, aſſiduóque parens indulget amori,
Fertilibus lactans ſcatebris; ſubtilia lanę
Stamina ſuppeditat membris velamina noſtris,
Quin etiam Mundi reliquus quo tempore cœtus
Deſerit exanimem, & Naturę à finibus arcet,
Germanos vna ante alios humanior omnes
Pandit humi gremium, atque iectâ veſte tuetur.
Sæpe niues caput in noſtrum, lapidoſáq; grando,
Et conſtipati fractis è nubibus imbres
Aëre conſpirant medio: Sæpe agmina ponti
Littore præterito, & regnans ſuper vnda canales,
Exercent triſtem miſeris Mortalibus iram,
Ætherij, & noſtris facti funalibus ignes
Dant homini ſæpe exitium; ſola optima ſemper

Ex Elementorum numero, & leniſsima Tellus;
Hæc illa eſt eadem, data quę ſubſellia cepit
Sponte tuâ, & latum nuſquam ſe commouet vnguem.
Me tamen haud fugit, vt pars indignantis ab irâ
Sæpe tuâ intremuit; diróque effracta tumultu
Horribiles patefecit aquas; tali attamen orîs
Verbere pulſa tui, nequaquam tota mouetur;
Sed populi haud nunquam ſi plexum facta rebellis
Ire paras, Borcæ inuiti tua vincla ferentes,
Carceris infrendent tenebris, perq; intima ſurdo
Viſcera bacchantur ſtrepitu; ſola clauſa tremiſcunt;
Nantq; humiles curis animi; color inficit ora
Pallidus; horrentes trepidant magno impete ſiluæ;
Aëriaq; graui emotæ formidine turres
Dant ſonitum; miſeras quondam cauaTartara hiatu
Abripuêre ipſis permultas ciuibus vrbes.
Hæc igitur ſi tota Maris, ſi totáque Terræ
Vnica compages amborum, eſt tótius Orbis
In medio fundus (Graio quem nomine Centrum
Appellare ſolent) Si, quod complectitur in ſe,
Eſt illo maius, quod in ipſo cunque tenetur
Vndique concluſum: Pelagi Terræq; minorem,
Penſilibus circùm reuolubilis vndíque Cæli
Sphæris, eſſe globum, haud dubium eſt. Hæc infima rerum
Maxima congeries, (per me ſapientibus eſto
Iudicij ſua libertas) ingentia cuius
Porrectu ſtadia immenſo, miramur; ad ipſum
Formicis amplexum (qui tot ſecum impete Mundo
Aſtra rotantis rapiens, rotat orbibus orbes
Implexos ſuperis) vix punctum corpore tanto
Æquiparet, longus fixâ quod cuſpide ſignet
Circinus, alterutro ducens pede concauacircum

Ignes

Limitis obliqui ſpatia, & vertiginis oras,
Ignes inter enim, pictus queis emtet Æther,
Quæ minima adſpectu Stella eſt, (nî credulus erro
Ordinis Aſtronomi placitis) hunc præterit Orbem
Partibus octonis-denis: Si gurgitis ergo
Marmor Atlantæi; vetereſq; effuſa per Indos
Æquora; & Ammericis luctantes finibus vndas,
Brachiáque illorum, annumeres, pendentia venis;
Inſuper his, quantum nimio Mortalibus igne
Cynthius infeſtat propior; gelidíque Triones,
Et polus oppoſitus quantum acri frigore demunt;
EXIGVVM *hoc, fiet* NIHIL: *En pomœria veſtris,*
Mortales, reſcripta locis; finéſque; domóſque;
Præquibus, Æheriæ palatia temnitis Aulæ:
En vbi ſe iactans animus, memorabile geſtis
Per fas atque nefas nomen venatur in armis:
En campos, vbi veſter honos; vbi gloria gyros
Veſtra facit, ſpatióque volans ſe verſat mani.
Vos ego, vos, Reges; fuſo quos ſanguine terras
Inficere, & ſæuo iuuat indulgêre furori,
Vnius ob crimus ſpatium, quò extendere veſtras
Imperij poſſîtis opes; Te crimine poſco,
Qui cauponaris leges, faſcéſque ſeueros
Summittis pretio, & ſancti ſollemnia vendis
Sacra tribunalis, nempe vt pauxilla relinquas
Ingrato hæredi prætor nummarius æra;
Scriniáque obſcœnis iam vermiculantia blattis:
Ipſo intus templo Aſtræę, atque altaria circum
Eunomię ac Themidos, venum ciuilia venum
Iura locas, ô peſtis! Honore inhoneſtus in ipſo es.
En, auidum qui fœnus amas, & fœnore fœdum
Fœnus alis; cui matrîces, ceu pignora, lamnæ

Pondere

Aſsiduos pariunt fœtûs: Molimine lucri,
Pondera qui & lances, mensurarúmque coronas
Deteris imminuens vitio, vt ſudantibus olim
Centum verſus equis cumulet tibi iugera fundus:
En qui auro patriam, qui proditis oppida veſtris
Credita præſidijs, atque hoſti venditis arces,
Non etiam heîc illos moneam, inuictiſſime Diuûm
Qui iuris monimenta tui, tua, Termine, ſigna
Sacrilegâ vaſtata manu, finéſque revulſos
Limite vicino, integritas quos fixit Auorum;
Sublectis abolent titulis, vt pollicis vni,
Aut ſpatium alterius, fundo committere poſsint?
Eſto, ſuas aliquis ſub leges cogeret Orbem;
Quid, niſi acûs aciem; paleæ niſi ſtramen inanis,
Quiſquiliáſque atomi volucres, tam fortibus auſis
Pro mercede forent? Tanti ſua præmia regni,
Punctus erit nihili titulis mendacibus, æuum
Anxius explebit; nihilo vel quod minus vſquam eſt.
Poſtquam res Pelagi, & decedere Nerea Terris
Iuſſerat OMNIPOTENS, *(etenim Vox pluria puncto*
Efficiat Vox ſola DEI, *quàm ſumma potentum,*
Viribus efflictim ſocijs, molimina Regum
Per valeant centum, ſpatijs voluentibus annos,)
Planiciem Campis dederat, vmbráque natantes
Preſſerat inſcriùs Valles; inflauerat altos
Culminibus Montes, cùm ſic; Quin exue, Tellus,
Exue, ait, reſidem quę ſunt teſtantia luctum
Veſtimenta priùs; viridi cape lumine pallam,
Fulgentem capiti gemmarum luce coronam;
Nectetuo, varij exſpirat quæ floris odores,
His manibus tibi plexa meis, iam come capillos,
Pallidáque eximijs contínge coloribus ora,

Imple,

Imple, age, iam fœcunda locos, vterique feracis
Omnes pande sinûs; non solùm vt gentibus escam
Sufficias proprijs, gremij sed laxa patentis
Fertilitas, Cæli pariter Pontíque futuros
Exsaturet ciues; laudi, vt palatia Diuûm,
Aëriæq; oræ, & turbantis regia Glauci,
Inuideant, ipse interior mirctur Olympus.
Dixerat, ecce Abies latißima coniferarum
Exerit, & densas sursum caput abdit in auras,
Pinguibus exstillans lacrimis: stat femina propter
Brachia concamerans folijs, fructúmque. Sapinus
Indurans teretem genitalis imagine membri.
En, quæ nota Larix piceis operosa venenis,
Plurima resinam terebrato caudice fundit,
Agarici quam fungus amat, qui corticis vdi
Increscit sensim corio, propriáque iuuente
Hornus habet vires. post binos desinit annos,
Sponte suâ fugiens, senio vel inutilis ipso,
Tingere purpurco prestans, eduráque ventis
Mollit agens, quod non alia progerminet arbos.
Iam Libani, Tauríque inter, cana inter Amani
Frigora, & æternam glaciem, vastißima Cedrus
Aërium genus, & ramosum corpore toto;
Scandenti facilem ascensum, sed brachia tendit
Pinguia resinis, quas non expungere vesti,
Vix manibus, poßis; oleo nî foueris antè,
Illic se Piceæ ostendunt, Pinúsque salubres,
Ardentéque niuem Pinastri; sed Thuya caloris
Semper-amans, odijs hiemem letalibus odit:
Bina Sabinarum soboles subit, Aspalathique
Spinis terribiles, & funerea Cyparißi,
Coniferæq; alijs, calo capita alta ferentes.

Herren-

Horrendum nemus, explicitis legionibus altos
Insistunt montes, & culmina summa coronant;
Sunt aliæ semper-virides longo agmine stirpes;
Ambitiosa Edera, et triplici quæ cuspide nunquam
Tacta Iouis; castos olim pia cingere Vates;
Pontificúmque domos; & fausti Insignia Martis:
Heîc floret Myrtus, foliis, atque vtile baccâ,
Vtiléque aptandis hastilibus, vtile ligno.
Pacales oleæ; Citriúsque salubribus auris,
Et frondem compuncta notis; germanáque Citrus.
Vt tineas punire grauis, sic frangere virus;
Semper flore nouo redolens, maturáque semper
Per viridem pomis siluam fulgentibus aureis;
Arboribus Cytheræa aliis magis omnibus vnam
Diligere, & multis fertur componere morbis.
Cappharis heîc oritur, quâ non pugnacior hamis
Altera; & asperior spinis Paliurus acutis,
Balsaminúsque frutex; interrita pondere vinci
Palma, Tunetæis quâ non formosior aruis;
Corticis exuuio fœcundum Suber, & Ilex
Glandifera, ac proprio mergens se pondere Buxus;
Iuniperi semper iuuenes; Morti insita Taxus,
Et stirpes aliæ viridi quæ fronde perennes
Continuant vitas, nemorumq; tuentur honorem.
Se monstrant aliis non vnæ in partibus Vlmi;
Quæsitæq; vmbris Platani, ac huberrima Quercus.
Fagoríumque comæ patulis se fundere ramis
Per lucos, tractúsque agri, rupésque remotas.
Populeum genus insperso cum frondibus albo,
Et viridi, atque aliud gemino discrimine nigrum;
Iam curuis Alni texunt vmbracula ripis,
Alni, quæ in cæno, penitúsque impagibus imis

Sub

Sub terram ſtagnante lacu, leuibúſque carinis,
Materiem præbent æternam; In fluminis ora
Pallidulæ Salices, & lentis Vimina virgis:
Dant aliósque vſûs aliæ. Ramalia quædam
Nata focis; quædam duris laquearia tignis;
Pabula non-nullæ pecori, & paſtoribus vmbram.
Iam tenerâ mites lanugine Perſica fœtûs
Induerat, iam Mala leui Cydonea byſſo
Albida, tangentem blando palpatur amictu.
Iam prolem Armeniæ præcocia Pruna quaſillis
Stringere erat, Genÿq; alios depectere fructûs.
Singula quæ perhibent inſcriptum in cortice Numen
Artificéſque DEI *digitos, mentémque benignam.*
Poma coloratæ iam pudeſcentia Mali,
Caſtaneæq;, Nuceſq; ambæ, gratíque ſaporis
Molle Pyrum, iam lactentis noua purpura Ficûs,
Lætáque floriferi pingens exordia Veris
Cornus, & algentis Morus cautiſſima cæli;
Omnia frondentes variant loca, frugibus omnes
Omnigenis paſſim exhilarat Pometia terras.
Quid Ceraſi tot delicias, tot dulcia longè
Pruna ſequar, Citríque ſuos, Palmæq; Oleæq;
Commemorem laxûs? pars iam mihi dicta parentum
Æternâ tetigi ſiluas cùm fronde virentes.
Auroræ in populis Piperi ſua grana vireſcunt
Ingenio mordace duplex genus, altera fœtu
Oblongo, atq; acri linguam inflammantia guſtu,
Paniculæ in morem criſpanti pendula filo,
Et ſquammis quaſi ſtipato: ſurſum altera per ſe
Surgere nequiquam fluxo ſe corpore tentent,
Debilibus ſerpunt ramis, alienáue captant
Præſidia, arbuſtis circum nitentia ſparſa:

Sic altè amplexu ſubeunt craſſæ æmula maltùm
Clematidi, ac Syriam ſolio ſimulantia malum;
Sunt denſis, Labruſca, velut, confertа racemis,
Atque etiam huberiùs; longis ea meníibus aucta
Percoquit Autumnus; Calecutiáq; arua rotundam
Hanc cumulant meſſem, quam gentibus vſq; remotis
In Boream, Eoi calidis à finibus Orbis
Mittit Iber, propriósque domi contundit in vſus.
Cinnama diuinum ſpirantia cortice odorem,
Cortice Acidalio; & Caſię cæleſtibus auris,
Illorúmque aliquà ſimiles, ſuffimine læto
Aera permiſcent, & nares ſuauiter afflant:
Bandanidûm in ſilus, Orientis ad æquora Phœbi
Hìc vbi Sirenum chorus, & Nereia mater
Gunïjapes nudę ſcopulos; ac feruida Mires
Littora nant circum; ſubter propè tramitis arcem,
Noctes atque dies paribus qui comparat horis;
Ad naſum veniet reſpirans nectaris arbor;
Arbor Achæmenias inter ditiſſima merces;
Perſica cuî noſtrâs libróque & cortice, & ipſo
Caudice tam ſimilis; ſilo quàm corporis omni;
Longus at folium eſt, & latius; annua poſtquam
Siluęſtris de more Roſæ patefecerit omnes
Macis odorati tunicas, teres inde medulla,
Muſcataq; nuces medio ſeſe orbe recludunt
Auricomi calycis, quæ ſuauis odoribus auræ
Fumificant naſo, atque ipſum dulcedinis implent.
Maſitholi ad cannis viridęs & arundine ripas,
Littoraq; ad Clonię, et Stachiræ Phauruſidos amnes
Fronde ſub Heſperiâ liquor eſt, blandi indole ſucci
Melleus, argento faciem qui vertit in albam.
Delectante nouum permulcent cymate ſolem

Balſamáque & Nardus: Calami germanus Odori
Iunicus-odoratus Syrios, Arabáſque paluſtres
Delicio incendit; ſiluas iam Tura Sabæis
Illacrimant, gratíque acies adoleſcit odoris.
Iam Vitis tacitum venis conceperat ignem
Nubilis, & molles optabat coniugis vlnas;
In folioſa igitur portantis colla mariti,
Se fundenſq́; humeros, multis dat brachia circum
Plexa modis, magnumq́; premens teſtatur amorem.
Arboribus Vitis tantùm ſemel omnibus impar
Auſpicio formæ, quantâ felicior omnes
Exſuperat bonitate alias; námque illius humor
In purum expreſſus laticem, ſobrióque reſumptus;
Quod ſatis eſt, vſu, vegetat melioribus auris
Totum hominem; ſtricti laxat retinacula ventris;
Languidulos curis expergit pectoris ignes:
Noxia deterget cerebro; pauí diſquè timorem
Senſibus expellit, defeſſa & corpora firmat;
Obtuſi refugit vino diſcuſſa palati
Segnities; amor euigilat ſopitus edendi;
Deiectus redit ore color; frons læta ſerenam
Temperiem capit, atque oculis ver floret amœnis.
Obſtructas aperit ſedes, ac lotia ſoluit,
Euerrítque aluum, Bacchi liquor; intima purgat
Turbida, ſi craſſo illuuies à ſanguine venis
Incubuit, ſpiſſæq́; ferunt obſtacula fœces,
Flexibus extremis, & quà ſua quiſque relaxat
Spiramenta ſinus, liquidum iacit oſſibus ignem;
Huberéque ingenij penitos reſpergine fontes
Elicit, & roſei complet vi ſanguinis amnes;
Marmore veſicas, & ſcabro rudere virgam
Exonerat; bibe vina, lapis penetrabitur omnis;

Ilicet vrentes ibunt per lotia ſcrupi:
Flos laticum ſaluê, ſaluê ſata ſemine Cęli
Spes hominum; genióque ingens & viribus arbos
Agmina morborum aduerſùs, triſtéſque ruinas
Corporis humani; tot contra inſtantia mortem
Spicula, lunatis Triuij ſub cornibus Ignis.
Peccatum quamuis Primi immortale Parentis,
Quod nos exilio luimus, labarit honorem,
Formoſóſque dies, & lęti lumina Veris,
Quêis tota enituit naſcentum machina rerum;
Degeneret quamvis Tellus, ac turpiter vſtis
AEternùm compuncta notis, opprobria noxę
Fronte ferat mediâ, pereundíque incita motu
In peius ſemper, Mundi carpatur ab æuo,
Et ſua natalem minuat vim copia fœtûs;
Quale puerperijs fractum ſibi femina corpus,
Pręgnantis totiens vteri perpeſſa dolorem
Conqueritur, totam impleuit quę prolibus vrbem,
Cuiq; velut defrens ſterili ſinus aruit aruo;
Haud minùs vſque tamen maioribus ire per altæ
Auſpicijs laudes, vel adhuc tanto hubere Tellus
Incitat, & ſpeciê ingentem dat Carminis orſum.
Ver hilari quotiens blanditur amabile vultu,
Lumináque oſtentat florentis cœrula Lini;
Et ſpretis Clytics pallens ab amoribus aurum;
Vettonici flammis rutilantes floris Ocellos;
Purpureúmque Roſę, ferrugineúmque Hyacinthi,
Lilia, Iunonis niueo certantia lacti,
PICTOREM *admiror, virides qui pluribus agros,*
Quàm dea picturis quot ſe Thaumantias ornat
Pegaſeis inuecta toris, cùm prœuia Soli
Exoritur, clarúmque diem mgrantibus Indis

Pan-

Pandit luce nouâ, maris eluctata profundum,
Quámque colorati tendens curuamine arquum,
Quæ latos sulcis spondet sitientibus imbres.
Nec satis Ætherio Plantas variare PARENTI
Florum omni genere, ac ramis suspendere fructûs;
Naribus Idalium passim diffundere nectar;
Quippe etiam inseuit certam Radicibus ipsis
Humam languoris opem; aduersúsque venena
Abdidit ingenuas Fibrarum in germine vires.
Tam miseris etenim, & miris crudelia vatum
Damna modis HOMINEM excruciant vix viuere quisquam
Viginti vt posset decursis solibus annos;
Nì sapiens coqueret mensurâ Epidaurius herbas
Ponderéque, & iustis faciens medicamina succis,
In quoscunque vocet morbos, haud tarda sequantur
Viuimus, vnâ vnâ viuis modò luce diëi
Floribus adsimiles Lini; radicibus ergo,
Et medicis foret absque herbis; Cunabula busto.
Ver Hiemi, & nostræ pariter Natalia Morti
Congruerent. Lethes, (ô Diui) littore ab ipso,
Quàm multæ morbis animę, damnatáque fato
Corpora, feralem iam conscendentia cymbam,
Herbarum auspicijs, rigidas Plutonis auari
Elusêre manûs. Peperit quem pulchra Coronis,
Multa cui à mento dependet ad ilia barba,
Mulcetur q3 manu lauâ; cui luminis auctor
Cynthius inuestis, Pater est, pollentibus herbis,
Viscera discerptum iuuenem, neruosq3, cerebrumq3
Ossáque (cùm incesti præuertere castus amoris
Malunt exitio stimulos) Phlegethontide ab vndâ
Examinem auellit, lacerósque resarcijt artûs.
Phasias Hæmonio periens in Pubere Virgo

Arctiùs vt captos meritis sibi iungat amores,
Æsonis incani medicatur stirpibus æuum,
Decoctumq; senem reddit melioribus annis,
Cælestes Plantæ, vestri quæ munere succi
Seruatis vitam incolumem, fataliáque vltrò
Stamina, & elumbem retro in contraria fusum
Voluitis, ardentésque febres, comitémque phrenesin
Tympanicíque globum, & venis tendentibus vtrem
Infandásque cruces alias, & monstra fugatis,
Persephone quibus horribiles exercuit iras;
Exercétque hodie, non finem tristibus vllum
Impositura odijs, nostra hæc dum vita manebit.
Vestri autem haud solùm aduersùs vitiosa liquores
Corpore diffusi misero, Mortalibus ægris
Auxilium præstant, pugnantibus intima morbis
Prælia miscentes; animæ saluberrima vestræ
Aura iuuat; vestri saltem vicima ruris
Innumeras contra pestes medicamina præbet,
Tam scatet vberibus multò vis maxima vestris;
Credere vix aliquis posset, nî denique victus,
Luminibúsque ipsis, & cuncto iudice sensu.
Quòd si cæruleùm fulgentibus Intyba stellis
De collo suspensa geras, vibrantia sessis
Nubila detergent oculis, acicmque reponunt.
Quę viridem siluę sequitur Cyclaminus vmbram
Frondibus haud impar edcrę, nî purpura vestes
Et florem irradiet, maculis insignis, & albo;
Non Graudę modò dependens ceruice, labores,
Optató-que puerperijs ciet impete nixûs,
Scd fœto si ventre aliqua transuerit ipsam
Tantùm radicem, spatio vix cesserit illo,
Quin deponat onus; solis vel abortet in herbis.

Tem

Tíne vt non memorem, Diuûm, Nicotia, munus,
Florida quod nuper Zephyris huc misit ab Indis
Tam prẹsens capitis, cunctíque doloribus ẹgri
Corporis auxilium? tu virus sistere repens
Sanguinis ad fontes; sirumarum abolêre tumorem,
Et potes horrenti tectos ceu subere vultûs
Suffusíque oculos nebulis detergere, & ori,
Spurcitiê, veterem, ablatâ, reducere formam:
Tu neruos per & articulos manantia siccas
Phlegmata, & obstructi mollîs duramina splenis.
Hoc tamen vlteriùs non pergam tempore laudes
Ferre tuas; nec Pœoniam mecum ibis in ædem,
Heìc vbi publicitùs stes consecrata Saluti;
Soli etenim insignes Medicorum id stemmate possunt;
En folio saltem è viridi, floríque coronam
Purpurei velut ampullis; nigra seminis intùs
Summa perexigui, posiquam maturuit ætas;
Radix parua quidem, sed fibris viuida densis;
Sunt longẹ frondes & latẹ, in partibus imis
Præcipuè, caulíque pedes propè surgit in octo,
Rectus, & vt folium, crinitus; glutinis humor
Instar viscosus liquidi; quem germine tuso
Et radice fluit, resinẹ efflantur odores;
Semipedis spatium distant vno ordine nodi,
Truditur vnde genus foliorum; denique Vulgi
Consolidam bene Maiorem sub imagine reddit.
Ardores rabido quos Sirius efflat hiatu,
Virus, & infecti calices, nimiumq; calentis
Serpentes Libyæ, qui vastauere Cyrenas;
Artemidis sacro gestantem semine thyrsos
Ladere non possint: tam vis huîc maxima plantẹ est
Pœonia infantum tenero circundata collo

Edomuit

Edomuit crudele malum, quo sæpius ipse
Concidit Alcides. Cerebri cùm templa madentis
Liber agit, capitísque ebrius bacchatur in aulâ
Summe crocum, frontíque ligans impone recentem,
Tympana accessabunt subitò, sonitúsque silescent
Turbida sumiferis quatientes tempora bombis.
Prætercámne Croci florem, quo pulchrius vsquam
Cernere vix aliquid memini? De vertice surgens
De capitísque omni per corpus parte rotundum
Pretenue albescit trifidâ mox cuspide pilum;
Iam septem viridi curvant se cymata filo,
Quorum intra medium subit albi prima coloris
Effigies super accensi mica emicat ignis;
Flos niuet exteriùs foliis, sed purpura lumen
Infundit venis rutilum crispantibus auri,
Imus inobscurat saturo ceu sanguine caulas;
Bis tria stant intùs subtilis stamina formæ,
Terna mero rubicunda igni, foliisq; supremis
Paullo longa magis; puri sunt altera cruris
Exornata auri, minùs at se culmine tollunt:
Ostia flos varij sub vespere claudit honoris,
Quę nisi per nitidos iterum vidi hiscere soles.
Quodq; adeo mirum est, Septembri sidere bulbos
Germinibus seui non vnâ ex parte scatentes,
(Etsi etenim abscondas vel siccæ in scrinia sedis,
Parturiunt tamen, & candentia cornua trudunt)
Præcipiti Mense Octobri flos bellus ab ipsâ
Exit humo, & longi crescit Digitalis in altum,
Senis diuiduus foliis, quę Solis ad Orbem
Pandere, & insigni solet effulgescere cultu,
Qui prius est aliquâ depictus imagine nobis.

Herculeum Panaces, digitis, puer, accipe plenis,
Radicemq; ori interito; vt fallacibus aurem
Obstruere illecebris, & non-innoxia verba
Fœmineis cantata sonis contemnere possis:
Aëráq; aduersus, pestémque aduersus & Austros
Fœtentésque animas, & tristis nubila Cæli
Mirificè pollet, felix medicaminis herba,
Et Patriæ felix; nam flammeus attulit Ales
Ætherio quondam ex nemore, et Cælestibus hortis;
Id perhibent vires, quarum argumenta secutę
Angelicam insigni Medicinę nomine dicunt:
Illa, à sorbendo quæ dicta est sanguine (nullus
Nomen enim antiquum inuenio:) consistitur omne
Sanguinis effluuium, palmâ si presseris intùs.
Si quis Erythrodani nonnullo tempore stirpem
Intulerit pugno, sese mox lotia vertent
Sanguineum in rorem: Nostros mirabile Glasti
Robur in humores! nam quem foris attigit, eius
Vrinam interiùs violâ succendit & igni.
O quæ finitimos fontes; quæ flumina, Planta,
Et riuum accolitis vario quæ gramine colles,
Non vnáque ipsam gemmâ distinguitis vmbram
Gratorum nemorum, seu vos in sæpibus horti
Sedula iucundo serit Ars-Medicina labore,
Non modò vestra, hominum dominantur germina membris,
Intorquéntque animos, succi vis vuida vestri;
Horrendos pecudum sæuis cum dentibus vngues,
Cornuáque & soleas domitat, presensq; venenum,
Et quidquid Chalybes deformauêre caminis:
Quin ipsos Erebi Atletas, inuictáque Ditis
Agmina & Igniferi summa ipsa Insignia Mundi,
Tangitis imperio, si quę miracula legi

Thes-

Edomuit crudele malum, quo ſæpius ipſe
Concidit Alcides. Cerebri cùm templa madentis
Liber agit, capitíſque ebrius bacchatur in aulâ
Summe crocum, frontíque ligans impone recentem,
Tympana acceſſabunt ſubitò, ſonitúſque ſilecent
Turbida ſumiſcris quatientes tempora bombis.
Prætercámne Croci florem, quo pulchrius vſquam
Cernere vix aliquid memini? De vertice ſurgens
De capitíſque omni per corpus parte rotundum
Pretenue albeſcit triſidâ mox cuſpide pilum;
Iam ſeptem viridi curvant ſe cymata filo,
Quorum intra medium ſubit albi prima coloris
Effigies ſuper accenſi mica emicat ignis;
Flos niuet exteriùs foliis, ſed purpura lumen
Infundit venis rutilum criſpantibus auri,
Imus inobſcurat ſaturo ceu ſanguine caulas;
Bis tria ſtant intùs ſubtilis ſtamina forma,
Terna mero rubicunda igni, foliúſq; ſupremis
Paullo longa magis, puri ſunt altera cruſtis
Exornata auri, minùs at ſe culmine tollunt:
Oſtia flos varij ſub veſpere claudit honoris,
Quę niſi per nitidos iterum vidi hiſcere ſoles.
Quodq; adeo mirum eſt, Septembri ſidere bulbos
Germinibus ſeui non vnâ ex parte ſcatentes,
(Etſi etenim abſcondas vel ſiccæ in ſcrinia ſedis,
Parturiunt tamen, & candentia cornua trudunt)
Præcipiti Menſe Octobri flos bellus ab ipſâ
Exit humo, & longi creſcit Digitalis in altum,
Senis diuiduus foliis, quę Solis ad Orbem
Pandere, & inſigni ſolet effulgeſcere cultu,
Qui priùs eſt aliquâ depictus imagine nobis.

Herculeum Panaces, digitis, puer, accipe plenis,
Radicemq; ori interito; vt fallacibus aurem
Obstruere illecebris, & non-innoxia verba
Fœmineis cantata sonis contemnere possis:
Aëráq; aduersus, pestémque aduersus & Austros
Fœtentésque animas, & tristis nubila Cæli
Mirificè pollet, felix medicaminis herba,
Et Patriæ felix; nam flammeus attulit Ales
Ætherio quondam ex nemore, et Cælestibus hortis;
Id perhibent vires, quarum argumenta secutę
Angelicam insigni Medicinę nomine dicunt:
Illa, à sorbendo quæ dicta est sanguine (nullus
Nomen enim antiquum inuenio:) consistitur omne
Sanguinis effluuium, palmâ si presseris intùs.
Si quis Erythrodani nonnullo tempore stirpem
Intulerit pugno, sese mox lotia vertent
Sanguineum in rorem: Nostros mirabile Glasti
Robur in humores! nam quem foris attigit, eius
Vrinam interiùs violâ succendit & igni.
O quæ finitimos fontes; quæ flumina, Planta,
Et riuum accolitis vario quæ gramine colles,
Non vnáque ipsam gemmâ distinguitis vmbram
Gratorum nemorum, seu vos in sæpibus horti
Sædula iucundo scrit Ars-Medicina labore,
Non modò vestra, hominum domnantur germina membris,
Intorquéntque animos, succi vis vuida vestri;
Horrendos pecudum sæuis cum dentibus vngues,
Cornuáque & soleas domitat, presensq; venenum,
Et quidquid Chalybes deformauêre caminis:
Quin ipsos Erebi Atletas, inuictáque Ditis
Agmina & Igniferi summa ipsa Insignia Mundi,
Tangitis imperio, si quę miracula legi

Theſſalidas poſſe, Antiquis credenda putemus.
Eſt Aconis herbę ſpecies, quod Pardalianches
Paſtores Graïj non falſo nomine dicunt,
Angit enim, obſtructóque necat panthêras hiatu
Intermiſtum epulis, homini inſanabile virus,
Quadrupedúmque datum generi; vel ſcorpius ipſe
Concidit attactu, & maculis hæc picta veneni
Noxa ſoporiferâ amittit torpedine vires;
Nî contrà auxilium recidiuis Hellebori frons
Tacta ferat, quę paullisper riguêre, medullis.
Huc mihi Bettonicæ ſerrato margine frondes;
In medióque angues gemmos, iam ſtricta vibratis
Sibila proïcient linguis, Solíſque, micantes,
Aduerſus radios, capite & ceruicibus altis
Fulmineas tollent acies; ecce obuius alter
Ictibus alterius, multâ vi prælia miſcent,
Afflictántque priùs concordia pectora morſu;
Vulnera crebeſcunt ſtudio, lauit ilia ſanguis,
Infrendent animi; pugnę calor oſſibus ignem
Torquet inardentem penitis, peſtem acrior uſque
Peſtis init, rabiéſque inſtat viroſa veneno;
Implexi inter ſe, ſpiríſque rubentia circum
Colla dati, tabo fluidos nodantur in artûs,
Inficiuntq; herbam, & pratiſola picta cruentant;
Letifera exuuiis lacerantur corpora tractis
Per terram, nec tota aliud, niſi vulneris ardor;
Soláque mors auidos morſûs, cupidúmque furorem
Exſaturare poteſt, atque iræ exſtinguere flammas.
Sed veluti illius vis pollentiſsima nodos
Soluere amicitię, & diſcordes ſpargere fumos;
Sic rabida ardentes lenit Salicaria rixâ
Quadrupedantum animos, iráſq; infringit equorum,

Si quisquam antè iugo, aut ipsis folia ista capistris
Admoueat, iam præcipites cùm prælia captant.
Exsectâ Tamarîce bibat si glandilegus sus,
Æstatis spatio, splenis pungentia duri
Spicula contundit, penitúsque sub ilia fixos
Destruit ardorum stimulos, laterúmque dolores.
Asplenii vis est eadem, quę suminis alti
Lapsa per ambages, inter tot viscera nullum
Mordicùs attingit; nisi duri sola lienis
Exta vorans, ipsis lacerat morientia fibris.
Pergam iter, et plures hinc longiùs insequar Herbas
Viribus insignes; en littoris inter arenas
Non nihil depressi, (hîc etenim mihi sæpe reperta est)
Semine lunato in siliquis Lunaria longis
(Nullum namq; aliud memini pro tempore nomen)
Argento (vt perhibent) faciundo, numinis ingens;
Indolis hunc mitto genium, si fortè recessũs
Per virides, veterina, solis tangentia pascunt,
Clauiculis simul euulsis, soleisq;, reuertunt
Nocte domum, miratur herus, mirantur agrestes,
Attoniti circùm; Magnes vbi conditus ille,
Solue ndóque illud chalybi, Lunaria, robur?
Illa vbi tam facilis vestigia vellere forceps
Occultata tibi est? vel vbi manus illa fabrilis,
Detrahit illæsis clauos quæ cornibus omnes
Tam properè, tam sollerter? fortissima tantæ
Quæ sera, quipoterit vectis depellere vires?
Si spatiantis equi compages ferrea, clauis
Tot confixa nouis, leuiter vestigia saltem
Intentans solijs, subitò luxata labascit?
Sed néq; per valles, néq; in altis montibus herbam
Crescere, quà magnus terrarum extenditur Orbis,

Credi

Crediderim, Idæam posſit quæ vincere ſtirpem,
Aut paribus iuxta Dictamnum laudibus ire;
Gnoſius excuſſo quod fortè reliquerat arcu,
Capreа inhęrentis ſi ſentit vulnera teli,
Hanc duce Naturâ ſequitur; fera ſpicula primo
Exſiliunt guſtu, ſolidatáque tempore ducunt
Membra creatrices, huius modò germinis eſu:
Quidnam aliud memorem? parientis vt omnia terræ
Alme DEVS, rerumq; mihi tot ſumma tuarum
Ad digitos veniat? ſteriles ingentis arenas
Littoris enumerem citiùs. Nónne agmina paſſim
Cernimus herbarum, variantis imagine formæ,
Ingeniúmq; habitu, & diſcrimine mille colorum,
Vnius in ſtadij amplexu, glebáſque per omnes;
Effigiem quas in propriam ſuccreſcere iuſſit
Numinis aura tui, & patrijs nunc viribus implet:
Immo aliud; Plantæ paſſim naſcuntur in agris
Sideris ad nutum domini, implacabile virus
Quæ naturâ alijs, alijſq; nocentia frangunt,
Diſſimilésque ſui, longæ modò ſtamina vitæ,
Fila modò abruptis celerant fatalia fuſis:
O MENTIS te immenſum, GENITOR, cunctiq; potentem!
Si Ferulas guſtat frondem gens bucera Thuſcam,
Labitur eructans animam; ſin tundet aſellus,
Huberíuſque auido mittit fera pabula ventri,
Lætus abit, viridíque ſatur laſciuit in herbâ.
Quem dare ſupplicium, meritæq; occumbere morti,
Decretum Actais, hunc damnauêre Cicutâ;
At picturatis, eadem, bona pabula ſturnis.
Vnica veſcentem Rododaphnes buccea mulum
Inter imit, pecudéſque alias, at amabile nobis
Morbos aduerſus, dirúmque è morſibus ardorem

Anguineis, fert auxilium; quod credere quenquam
A me non-medico nolim, licèt aptus ab illis:
Perniciale magis non inuenêre venenum
Theſſalides, quàm ſaxoſis in cautibus herbam,
Hellenes aconita vocant; tamen illa calentis
Cum cyatho vini (cauda ſi ſcorpius ictu
Virus agit venis, infeſtúmque excitat ignem)
In ſtomachi delapſa ſinûs, penitúſque per alta)
Se penetrans alui latebras, luis occupat æſtum,
Flammeáque inſtantis confringit ſpicula leti:
Magnanimum virus! faſtute, Planta, feroci!
Non vſura tuus, ſocius ſi acceſſerit, armis?
Exitij furiale genus, metuendáque noſtrę
Pernicies animę, niſi cùm penetrabilis imo
Pectoris interfuſa cauo, præſenſerit hoſtem
Viſceribus ſęuâ dominantem peſte potitis:
Rem miram! ſimul horribiles odor attulit auras,
Nec mora, præcipitant animi, furor ardet vtríſque
Inſitus, ingenti tollit ſe rixa duello;
Vnum vni, valido inuictum, certátque truci trux.
Vlla neque irarum requies, neque prælia finem
Pugnandi faciunt, flammis vtriúſque veneni
Dum debellatis hominum ſit vita ſuperſtes.
Mollibus (in ſummâ) ſeu per viridantia pratis
Rura vagor, ſeu florenti iuga conſita Baccho
Arduus aſcenſu arripio; ſeu luctor opacis
Siluarum in ſalebris; horti ſeu lumina ſpecto;
Nuſquam Numen abeſt, paſſim DEVS obuius errat
Omniáque illius ſunt decantantia laudes.
Is mihi de pleno fundit ſua munera cornu;
Ipſe manu plenâ accipio; mihi mille per agrum
Meſſibus vndantem Cerealis fluctuat æſtas;

En mihi præteritis florum tot millibus, hortos
Qui nitidè pinxere meos, quid inempta voluptas,
Atque Olerum classes varię, quàm certa potentis
Signa DEI! *quàm suaue oculis, quàm dulce palato*
Anguineus Cucumis, Pepo musteus, æmula Diuûm
Prandia, Melones, Cinarę, Bulbíque viriles,
Non animis Eruca minor, Sia fontis ad vndam
Assidua, & succi pollens medicamine Sonchus:
Hîc Lupuli Asparagos, hîc Albæ mollia Vitis
Cymata depascor digitis, Rumicémque leuando
illecebras ventri, & gratam Citragimis auram;
Aspera Bugloßi, ac tenerę folia acria Thymbrę:
Sed quid ago? immo abripior rerum agmine tanto,
Fercula quę nostris pariunt Cælestia mensis.
Gossypij exigua est Melitensibus, arbor in aruis,
Ægyptíque, Arabas versús regionibus altis;
Atq; vbi Dictamnum carpsit Cythereia florem
Pubere purpureum folio, Germaniáque hortis
Nunc colit in multis; nihil æquè est fertile quidquâ
Mensis enim alterius spatio, matura vigoris,
Et floret simul, & fructum, nux qualis Auellę est,
Edere non cessat, stricto nî frigore Tellus
Obriguit; Bombax Arabis Cotúmque vocatur;
Flos luteus, sed quid medio nitet orbe rubellum;
Vitigeni frons est fruticis, minor attamen illâ;
In nuce non nullus lanati ad velleris instar
Flocculus albescit; neto quî texere vestes
Mos hodie, atque olim, xylinas, non vnius omnes
Nominis; aut formę; Molli Bombycina luxu
Dignă Ducum, tremulis densas vibrantia filis
Per nemorum frondes; quod primę ad lumina lucis
Lautium exercent gens integritatis & au-

Lautibus

Laudibus antiquis, ac noti hoc vbere Seres;
Sponte quod augescit. Mea præbet Flandria Linum
Multiiugis caulem foliis, & flore comantem
Cæruleo; quî non aliud patientius vllum
Terra tulit; non quod plures vertatur in vsûs:
Quamuis magna Pales fluuios propè, dulcibus herbis
Quadripedum genus egregium, seu viribus acrem
Pascit equum, seu bucerias toto augmine grandes;
Balantúmque gregem, & magnorum horrentia setis
Terga suum; nullus pecori modus; omnia multa;
Vim quamvis segetum producunt cuncta soluto
Arua sinu, panósque Ceres vescumq; legumen
Messibus accumulet grauidis, tamen, omnia, Lini,
Omnia, non præstent pretium; non ditia lanis
Æthiopum nemora, & cantatæ vellere gentes,
Flandrigenûm certent opibus; non quidquid vbîque est
Artificis populi, scapis radióque Mineruam
Assuêti colere, & committere licia telis.
O Patria! ô rerum effulgens decus! Orbis ocelle,
Belgica! quàm tristi longùm liberrima bello
Ante alias! ærumna tuos quò vertit honores?
Quò tot opes, fortéque viros? téne illa virectis
Mollia siluarum, & lætantes cæspite campos,
Prædiáque, & tales, ruris per florea, villas,
Atque Peregrinis ipsas dare vilibus vrbes,
Ciuibus occisis miserè, vel ad arma fugatis?
Infandam Patriæ sortem! quis voce, malorum
Quis lacrimis summam, aut longis conquestibus æquet
Commemorans! tantos fecit discordia luctûs:
Atque vtinam, ex cinere, & priscis virtutibus vltor
Exoriare aliquis, tot qui profletibus arma,
Arma repræsentes, pestémque, & barbara iussa

In caput imergas, tot qui nos tristibus vrit.
Fallor? an excussis raptat Mars arma catenis,
Ferreáque ancipitis fregit iam limina Iani?
Dat caua maiores velorum Cannabis alas,
Carbaseósque sinûs omnes, rigidósque rudentes,
Fluctibus & vento vt pelagi per cœrula vectus,
Gangis ad extremi populos; commercia sistat
Portibus, occidui Solis; crescentiáque istic,
Rursus in Auroræ portes venalia gentem;
Indistincti equidem quantùm patet vltima Nereî
Area, nunc velis legitur, nati æquore nautæ
Oceanum sicco calcant pede, plurimáque vndis
Oppida percursis adeunt, duce Cannabis vsu.
Obliquum nostris calcunt qui gressibus Orbem,
Quadrifidósque vident depressi Verticis Ignes;
Mœzum alunt semen, magnæ quod arundinis instar
Octipedem subit in culmum, fermè vnde trilices
Proueniunt spicæ, quarum sua quæque quot-annis
Semina ter-quingenta ferunt, ter condita sulcis:
Triticeum hoc genus, aut Milij tam fertiles vber
Elixum friat Ammeriæ, depsitque subactum,
Et cineri coquit imposito, vel torret ad ignem,
Hinc sapidus donec panis promatur, & albus.
Illa opifex Mundi quondam, Vox illa PARENTIS
Vsque sonat, sonat in cunctis regionibus Orbis
Omniparens rerum, nec adhuc defessa tenore,
Hæc eadem Vox illa senem vertentibus Annum
Vergilijs nouat, & Zephyri genialibus auris.
Iam brumæ nudum exuuijs, nitidumq; iuuentâ
Induit in violas, foliisq; sisymbria crispis:
Sed neque quidquam oritur, viui neq; corporis actu
Grandescit quidquam, ÆTERNÆ sine numine Vocis,

Semen

Illa, manum agricolę ſpes ne fruſtretur inanis,
Sementémque ſeges vanis illudat auenis,
Fœcundas ſubigit meſſes, ſolidatáque farra
Lactat alens ſuccis, & læto temperat imbri;
Grana opportunè Cereales ſparſa per agros,
Ac mox obliquo Telluri inuerſa cylindro;
Siue ſub arbuteas penitùs ſidentia crates;
Seu perpeſſa grauis dentalia rurſus aratri,
Abditáque in terris, aliquot morientia noctes;
Vdus alit calor, atque actis Radicula fibris,
Subter humum, teneras Culmus ſe tollit ad auras;
In ſpatióque breui, Frugum denſßima ſilua
Vertice conflictat viridi; creſcentibus herbis,
Ruricolûm creſcunt animi: nunc Germen in haſtam
Erigitur, tenerâ hæc trudit lanugine Fœtum;
Hinc ſimul incipiunt lactentis pallia Grani;
Iam capita exertant Spicę, & gliſcentibus iſtis,
Semina denſantur tacitas ducentia vires;
Pubenti interea petulans paſſerculus, aut rex
Ne Cereri inſultans tenerum deflorct honorem,
Aſpera ni arrectos veluti ſtat Ariſta mucrones;
Intempeſtiuo noceant ne frigore venti,
Nepluuijs Hyades, nimio ne Sirius æſtu;
Glumarum quaſi tegillis exapta reuinxit
Grana DEVS, fortiq; dedit velamine circum;
Denique flauenti cùm Meſsis inhorruit aruo,
Ne grauibus Frumenta cubent cedentia culmis,
Articulos fecit, multíſque ligamina Nodis.
Da; veniam, lector, virides dum duco per vmbras
Longiûs, & lætis HODIE ſurgentia ſiluis
Robora; tot pratis in vermiculantibus Herbas;
Tot Florum ſpecies; tot amœnis Germina ſæptis,

Fructiferósque Mares, pomósq́ corpora Matrum;
Ac passim omnigenis vndantes Frugibus agros,
Si tempus fugit, & subeunt tibi fortè mearum
Tædia Pieridum; tamen omnibus vna relictis
Arboribus, longè ante alias est vnica Cocos
Ingenij ad laudem egregij, nostríque Camænis
Hac indicta tenus, miris huberrima Pomis:
Oceano in magno, Hesperij porrò æquora Nerei,
Marmaricúmq́ super pelagus; cis Culminis Arcem
Stelliferi mediam, Gradibus propè dissita denis,
Insula Zebuthis, magna, & ditissima rerum;
Hîc ingens arbor, faciémque similLima palmę,
Cuî lætam in speciem densis glomerata racemis
Poma nitent, tumido peponum pœnè æmula ventri,
Et circùm quasi Bandanicis vestita theristris,
Membranę quales caryotidos extima flauę
Ossa tegunt; hæc vna alias supereminet omnes
Delitias nemorum, & siluis decus omne superbis,
Quas habili arrectę iaculantur Oreades arcu,
Montibus in Mundi aerijs; loca fœta volemis,
Gramináque, hortorúmque oculos, camposq́ feraces
Hæc vna exsuperat; fert omnia molliùs vna.
Si caperis sedare sitim; fruns scissa Lyæum
Exstillat laticem; si te Milesia tangunt
Vellera, & in molli gestis splendescere cultu;
Quę sacros membrana tegit argentea fœtûs,
Netur in albentem tenui subtemine byssum:
Si dulces gustare fauos, & arundinis Indę
Mella cupis, teneróque libet sub cortice tectos,
Ceu pressi lactis, pingues educere succos;
Huius age ambrosios adipes, atque intima fructûs
Viscera præmordę; cerebrum Iouis esse putabis.

Si ſuauem hunc adeo victum, & bene-olentia latè
Mala premis, gratóſque liquans diffundis odores;
Sæpius, in liquidum videas ſpiſſeſcere rorem,
Effera quo ſcapulas oleo gens vncta nitesci
Solis ad Æſtiui radios ſi exponis, aceto
Extenuas acri; niueos ſi corporis artûs
Amne lauas, vitreáque diu compeſcis inundâ,
Stringitur in dulcem, vultu variante, figuram,
Qualis arundineo exprimitur de ſtipite ſuccus,
Heſperidum propter fluuios: ſi denique fructûs
E fibris medij, molles deducere riuos,
Aut huius terebrare pedem velit incola Matris;
Flos oritur vini, qualem Semeleia proles
Tótius haud dederit quoquam ſub Sidere Mundi;
Nil ſalubre hôc magis, aut ſapidum; Quid pluria? vertit
Quaſlibet in rerum ſpecies; ſors inter auari
Si caderet Midæ digitos, mutaret in aurum.
Credo equidem haud alio donaßet munere Terras
Haud alijſque DEVS noſtram melioribus omnem
Inuiſſet vitam auxilijs; vix altera laudis
Argumenta ſuę inferiùs maiora dediſſet,
Abs tam diuerſo, & rerum tam diuite cultu,
Si verô hic dici potuißet nomine Mundus;
Nec ſolùm HVMANOS res tot producit in Vſus
Terræ ingens tergum exterius; ſunt Viſcera Tantis
Intertexta opibus, ſitis vt feruentior Auri
Exhaurire locos nequeat, fontéſque repertos;
Sed non tot magnum nitet Ignibus vndiq; Cælum;
Non tot turbato voluuntur in æquore fluctûs;
Aruorum non tot ſegetes; trepidantiáque altis
Non tot Hamadryades diſtendunt brachia ſiluis;
Non ibi tot volucres; non tanta ibi ſecta ferarum;

Non tot fluctigenas portant caua cærula gentes;
Dona quot in Magnæ occultantur corpore Matris.
Non hîc Phengiten; Lycij nec pignora Gagis;
Nec Scleniten; Varij nec marmoris omnes
Impediam numero ſpecies; non Ardoëſai
Segmina deſcribam lapidis, munimina noſtrę
Summa domûs; non è ſalſis Terræ eruta venis,
India vbi patrios, vel vbi Germania fines,
Aut iuga vbi extremę ſpectant Aragonia Gades,
Dicam cruſta Salis; quorum ſua prandia micis
Indigenæ ſallunt; dominóque exhuberat illis
Prouentus nummûm de veſtigalibus ingens,
Nunc mihi ſat Minio; Spodijſq́, & Sulfure glauco,
Et Vuiſluido Argenti; ac fulgoribus Auri;
Auri-pigmento; Stibijs; Æruginéque Æris;
Ære ipſo; Stanni; Plumbíque; & ſemine Ferri;
Ac ſolido inſignem Argento prodire Libellum.
Non, vel ſi liceat Mammoſæ tota Parentis
Pectora colluſtrare oculis, ea dicere poſſem
Omnia nominibus, quæ ſeptem cunque Planetæ,
Egregijq́, Ignes magno veſtigia fixi
Orbis in octaui ſtadio, miracula gignunt
Telluris diffuſa locis; vteríque tumentis
Arcanos penetrante ſinûs per operta viarum,
Seminio Cæli, & Stellarum huc viribus actis;
Vnde animæ rerum variæ, virtúſque, figuræq́,
Innumeríque ſatûs Lapidum, ditiſq́, Metalli;
Magnanimum vnde genus, duratáq́, corpora, Gemmæ;
Quarum, Muſa, domos, genitaliáque ede parentum
Stemmata, & inſignes genios, viuúmque colorem,
Nominaque, & pretium: pulchris vis addita cunctis;
Inſitáque Ætheriâ dijs proxima origine virtus:

Blanda

Blanda vbi ſe roſeis Aurora coloribus ornat,
Iamq; alto emergens rorantem diſcutit vmbram,
Tincta Vagabundi generoſis viribus Ignes
Spicula ſuccincti, Terrę in genialibus almę
Coniugia exercent thalamis, nymphaſq; procaces
Sollicitant; nymphas, mediis quę condita riuis
Sulfura, & argenti miſcent vaga flumina viui
Inque metalli-feris fœcunda cubilibus Aſtra
Magnanimas gignunt preſtanti corpore proles;
His color ac virtus; Pater & natura metalli
Qualis erat; namque argenti quas fundus, & auri
Educat; hæ pretio excellunt, animiſque ſuperbis;
Quas vterus plumbi, ferrique, & concipit æris,
Maternos referunt leuiori pondere menſes;
Vt nitidus candore Adamas ſe ſtemmate cretum
Iactat Apollineo, & magnis natalibus Auri.
At ſuboles tamen iſta omnis, natique deorum,
Morbis & ſenio, certiſque obnoxia fatis
Corpora ſortiti, tacitos teſtantia luctûs
Signa ferunt, mæſtáque ægros in imagine vultûs;
Si quis eos male-tractarit: Sed cedere victi
Coguntur citiùs, Viridis quos Gratia pinxit.
Hoc genere in magno, bis-tres virtute triumphant
Eximâ Heroës; Adamas, & cæruleæ vis
Maxima Sapphiri; laudemq; colore Smaragdus
Preripiens ſiluis; Opalus ſpectabilis omni
Picturę ingenio; vultúque Topazius auri;
Et nitido incendens oculos Carbunculus igne.
His poterat merito & formâ candente rotundus
Vnio conferri, dites ad Memnonis vndas
Conchę progenies: cuncti limantibus armis
Indomiti reges, Patriam qui viribus equant.

Cætera Gemmarum legio pulcherrima visu,
Indoléque excellens variâ, sed dotibus impar;
Cæruleæ tales Erani; sunt talia Achatum
Semina, Sicelidum quondam pretiosa maritis;
Æthiopum rubeę, cum Chrysolithis, Hyacinthi;
Frigida Crystallus, glaciéque simillima puræ;
Talis Onyx, nostros imitata coloribus vngues;
Versicolórque nigris olim quæ venit ab Indis
Ignea, nigranti similis, vel cornea venis
Vndique, more oculi, circùm cingentibus albis;
Multorum quales incurrere longiùs hirquis
Conspicimus; viridi talis compuncta rubellis
In vultu maculis, quasi Iaspidis vna sororum;
Lychnis item liquidis lychni quę viuida flammis,
Ardenti rutilat cocco, & suffunditur igne;
Túque aliquà vim gustans Amethyste colorem,
Desinis in violam, diluti ad sanguinis instar:
Sed neque quàm multæ species, aut nomina gentis,
Est animus memorare; duces saltem indice monstro.
Nunc quibus alti Ignes, Septenaq; viribus Astra
Participent natos, paucis mihi dicere ludus;
Iuppiter adspectu placidus, dextróque resulgens
Sidere, felices fundit Mortalibus auras;
Huic igne indomitus & ferro gignitur infans;
Mater in auriferis fouet indulgentior vlnis,
Virtutis decus egregiæ, magnóque parenti
Respondentem animum; nostræ qui gaudia menti,
Conciliatq; oculus; horrendæ exterrita nocti
Somnia defendit, lemurumq; paworibus obstat.
Ad monitûs diuûm talaribus impiger alis,
Passim etiam Nymphas latebrosa per auia Terræ,
Sulfureos vsque in latices, liquidíque fluenta

Argenti, inſeluitur; blando hîc operatus amori,
Inſignem formâ, gignit viridaute Smaragdum,
Noſtra ſalutifero recreat qui corpora tactu,
Immemoríſque animi purgat nubem; ignea frangit
Tela Deę, graubus miſcet quæ gaudia curis,
At lucis Fons largiſluus, Fax omnia Terrę
Vndique perfundens radijs; cuî Temporis ingens
Continui ſeries, antiquis ſupplicat aris,
Plurimus indulget Cereri; gremióque receptus
Procreat ardenti rutilantes corpore natos:
Flammea per tenebras criſpat qui tela Pyropus,
Excitat è curis animos; hominíſque ſerenat
Ingenium, & lætos oculis adſpirat honores;
Cynthius huîc Pater eſt Iuueni: Latonia binas
Sapphiri generat ſpecies, lumenq; coloris
Cæruleum, aut formę niueo decus ingerit ori.
Aureolùm flauens puri ſcintilla Topazi
Natales Hyperionios, imitante parentem
Ingenio, laudat; namque atrę fumida bilis
Hauſtus agit, nimium arentis geſtatus in ore
Ardorem ſitis extinguit; Cytherëa, tactus,
Supplicia obtundit; placidaq; inimica quietis
Terricula illuſtri pellit fugientia vultu.
Idem Opalum Phœbus generatq; & viribus implet,
Incendens Igni, ac radijs totum intus & auro
Permiſtum varians; quêis, hac de gente Lapillos,
Innatis veluti philtris, ad ſe allicit omnes;
Peſtiferum noſtro depellit corpore virus,
Exhilaratq; oculos, & læta dat omina menti.
Pythia progenies rutili Carbunculus ignis
Lumine percurrit tenebras, puraq; ſalubres
Lætitię fontes aperit; iaculata venem

Spicu'a vel ſolo perhibent confringere viſu.
Albi, & cœrulei, flauique coloris Achates,
Totáque ſanguineis infecti facibus ora,
Mercurium inſtabili referunt fulgore parentem;
Eſt, fluuium lenem; aut rapidum de montibus amnem;
Aut Athon, aut cliuis viridem pendentibus Idam;
Eſt, quando Iſmarium comitantes Orphea ſiluas;
Eſt vbi Caſtalię nymphas; medióque canentem
Auratę fidibus citharę Titana figurant;
Sic genios luſiſſe iuuat; Trinacria noſtros
Tantùm Gemma poteſt oculos recreare videndo;
Ingenij Inuentis, & lingue Accentibus ornat;
Quam petis, & crebro ſertarum munere donas,
Seráque cuî figis reſtantibus oſcula clauſtris,
Conciliat tibi, & optato reſpondet amori.
Cyanea eſt Eranos; Cæli nitor aureus amplis
Dotibus ornauit; quas hęc geſtantibus omnes
Attribuens, virúſque fugat, turbatáque ſiſtit
Pectora; mirum aliud; ſi quis preſente periclo
Precipitans nec-opinà ruit; ſe corporis ipſa
Ingerit obiectu totam in caſumq; necémque,
Immoriens auro geſtantis; funere vitam
Suppoſito tegit: ô ditis miracula Terrę!
Ipſus ego experiens ſciui, ſentiſcere Solis
Deſcriptos radio motûs, cape flumnis vndam
In calice expleto, tamen vt à margine paullùm
Diſtet aqua; hanc ſupra filo ſuſpende tenaci,
Anulus ecce tremit peditentim, & Climatis horam
Illius exſignat, feriens labra intima vitri,
Haud pluréſque iterans, puncti quàm temporis ictûs.
Iuppiter, & magnis Hyacinthum Delius implent
Muneribus, rubeóque hilarant ceu ſideris igne;

Ille, per ardentes cùm terrificus Pater auras
Horrisono inuehitur curru, rutilantiáque altâ
Fulmina deiectat dextrâ, dispellit hiantes,
Turbinis Ætherij furias; animámque paludum
Fœtentem fugat, & virus; pestíque resistit.
Aëliotropius venas viridante rubentes
Semine permiscet bicolor, clari incluta Solis
Progenies; persæpe hominem, si credere fas est,
Surripuit luci, nebulæq; inuoluit amictu,
Cernere nequis eum vel Claro in lumine posset;
Nonnullo extendit Vitalem stamine Fusum;
Constituit grauitate animos; visuſq; decori
Illecebris trahit, ac lætos concinnat amores.
Purpureum referens Lenæi Amethystina florem
Gemma, Iouis soboles, & Martis conscia flammæ;
Huîc propriam dedit ardenti grauidata veneno
Bellua virtutem, Genios repulisse nocentes,
Atque olidum pestis virus, faciemq; colorem q;
Ingenijque alacres acuisse in pectore sensûs.
Quid tibi Crystallum argento candente perennem,
Cuî contra ardorem, febriúmque valescere vires,
Maîa Panomphæi thalamo dignata Tonantis,
Pleiadesq; aliæ; Lunæ & socialia Martis
Sidera permittunt oculos releuare cadentes?
Vel quid communes Veneris, Regisq; deorum
Delicias memorem, nostro qui dictus ab vngue
Fertur Onyx; & totîus neruósque torósque,
Corporis adstringit solidans? Quid Iaspidis edam
Sanguineas viridi fulgentes marmore gutias,
Falciferi monumenta Senis? quàm roboris implet
Summus Aratorum Æthrijs Arcturus in aruis;
Lascuis inuisa quidem; sed grata pudori est.

Abrepti

Abreptiſpatijs, aliud dum carpimus æquor,
Longiùs euehimur; cursùs, age, Muſa, relictos
In Zephyrum obliquis, quà proxima ſemita velis
Tendere feſtinemus; amat leuis horia littus.
Had equidem ignoro; tali quòd corpore Tellus
Sollicitumq; Aurum peperit, Ferríque cruenti,
Deteſtandam aciem, noſtris creſcentia paſſim
Inſtrumenta malis; materni vt pectoris expers
Viſa nouercari; vitium hoc natale Metallis
Scilicet! HVMANI feritas quaſi talia cordis
Non dederit: Scelcri à nobis ſua germina florent.
Vt tutillantes animum rationis egentem
Diuitiæ inſtigant vitijs, diuináque cordis
Lumina, & in forti delibant corpore vires;
Sic Aurum Ingenuæ formam Virtutis inaurat,
Committítque alas homini; queîs pectoris ardor
Tollitur ingeminans ſpatium, pulcherrimáque ampli
Ornamenta capit, quà Mens, quà Corpus, honoris.
Ferro ad culturam vir prudens vtitur agros;
Et Patriæ armatum præſtat ſe tempore Ciuem,
In rabidos plebis motûs; & barbara contra
Facta tyrannorum, ac pauidos ex hoſte tumultûs.
Vitæ autem impurus, Diris dum venditat iram
Tartarees, ſua crudeli dat brachia Ferro,
Enſe viatorem vt violet; ſtruat vltima fratri;
Vt Patriæ populetur opes; ipſúmque parentem
Percutiat; ſæuæ tanta eſt truculentia mentis.
Quid Vino mage diuinum? tamen ebrius illâ
Cælitis ingenij radios exſtinguit in vndâ:
Fama Fori, & teretis pretioſus ludio linguæ,
Compoſitis ſcelera inuoluit teterrima verbis;
Criminâque eloquio depicta, Inſontibus offert

Vt

Vt populo imponat, qui rite ſonantia vano
Sacra docet; pro rê quotiens ceu tegmina fraudum
Ingerit horrentem Diuini Nominis vmbram?
Rancidus infecti vitiat fragrantia vaſis
Vina ſitus, celeríque afflat mutata veneno:
Haud aliter vel ſancta DEI ſunt munera virus,
Mentis ab impuræ manibus quæcunque tenentur.
Saxi aciem vt ſileam, ſuperis quę conſcia flammæ
Semper inocciduos Arcti ſe vertit ad Ignes,
Velificantûm oculus, ſeu noctis inhorruit vmbra,
Seu fulſit radijs liquidum Solaribus æquor?
Mira animæ vis non-animę, mihi pectoris omnes
Exhaurit, ratione ſinûs; electat amantem
Captiúumque trahit Chalybem communibus hamis,
Mutuáque occultis innectit vincula nodis;
Nec cupidi hos tales genios modus vrit amoris,
Donec in amplexûs ſe blanda per oſcula iungunt;
Sed neque amicitię pareret faſtidia tantę
Ipſum Æui æternum; digitos vis invida ſaltem
Abſtineat, gemini haud temerans connubia nexûs;
Magnetem ſuus inter amor Chalybémque perennis.
Sin medium eſt quidquam, cupidis quod amantibus obſtet;
Nil tamen ardoris minuunt incendia primi;
Alter ad aſpectum alteriùs lætamine geſtit,
Exultanſq; animum ſigno teſtatur amantem:
Nónne catenatim orbiculos (mirabile viſu)
Ex ſe pendentes vacuâ ſuſpendit in aura?
Quippe vbi tam anellus lapide eſt attactus ab illo,
Primus agit caput alterius; mox arripit iſtum
Tertiùs; hunc quartus ſequitur; quintúſque choream
Iungit, adhæreſcens alijs; ſic longa catenam
Ceu teretis ſeries nexûs in imagine ludit,

O tacitum virtutis iter! miranda ſagacis
Orgia Naturę; ſine vi, ſine glutine partes
Ponderáque inter ſe longùm pendêre per auras;
Non vinclis, non ſubſidij compagibus vllis!
Ingenio pugnat Grauium; quę ſidere mutu
Prona ſuo, caſúmque ſolent dare rapta deorſum.
Pluribus (& legere hoc memini) rationibus olim
Abdita Naturę, cauſſáſque cupidinis huius
Eruere, ac Dictis ſtuduit monſtrare diſertis,
Graiugenûm Sophiam Latio qui compſit amictu;
Quemq; ſua Idalijs miſerum Lucilia philtris
Cùm peteret male-ſana animi, dedit inſcia leto;
Vęrticis ad Stellam quę vis arcana, Lucreti,
Verſat Acum, quę Magnes illita corpore ſaxi eſt?
En ſemper-viridi impediam tibi tempora lauro;
Te dicam meliùs rerum ſecreta Parentis
Noſſe alijs, laudúmque feres, me iudice, primas;
Te tuus Empedocles, te grex Epicurius ibit
Inferior; téque ingenio, comitabor, ouantem.
Illâ primus Acu ponti ſuper æquora pinûs
Dirigere, extremóſque hominum conſciſcere portûs,
Flauius inſtituit, Melphæ quem ſuſtulit vlnis
Regia Parthenope; quíque æquo ab ſidere nactus
Inuenti felicem animum, maioribus auxit
Subſidijs genus HVMANVM *quàm munere Bacchus*
Pampineo; quàm triticeis Ceres alma farinis.
Ille HOMINEM *docuit, denſę per nubila noctis*
Ire Mari, & certos Vrnâ regere indice curſûs;
Ille facis, Cælíque vicem, & naualia præſtat
Signa Phari, fines marium per agrantibus omnes;
Quòd ſi fortè aliquà violentior incidit aër,
Ventorúmque globus; plenæ qui vela diei

Rapta

Raptet agens, vbi meta nouos alluceat Ignes;
Quos ïeris Pelagi tractûs; quot Linea distet
Summa gradûs; quę iam subter vestigia diuûm
Velifices, Tabulę monstrat super orbe natantis.
Sed neque ob assiduos tantùm dignissima Fœtûs,
Dotalémque Vterum, & virides per Terga Cypressos,
Elogio Tellus; proprïj vis corporis ipsa
Me cogit meritas saltem percurrere laudes;
Vos ego letiferis testor qui morsibus vsquam,
Canthari dumúe malis succis, leporisúe marini,
Certa salutari Melitensis ab vbere Terrę,
Auxilia experti, grauibúsque obstacula morbis;
Huîc alïj Lemnos dedit Hypsipyleia famam,
Impreßítque Arabum propriis sua signa figuris.
Fertilis ô saluê Tellus; magno inclita saluê
Prouentu segetum, & varïj fulgore metalli:
Corporis aduersùm tu præsentanea morbos;
Tu vestis præbes habitûs; tu poma, nucésque;
Te pecudes genus omne colunt; te mentibus ipsi
Sublimes, hominum nati; te musteus vuis,
Curarúmque Deus requies; Tu mœnibus vrbes,
Et geris excelsas speculis; Tibi pulchra nitorem
Aspirat Venus vsque nouum; Te gratus odoris
Halitus, & molli totam ditissima cultu
Copia persundit rerum; vestigia stantem
Nulla mouent; ferri patiens; Bona quęque recludis;
Purpuream gestas Chlamydem, quę frondibus omnis
Picta viret; liquidis circùm segmenta mæandris,
Laxáque diuersos ostentat palla colores.
O saluê Radix Naturę totius vna;
Tu Magni Cor es, tu Pes Animalis; & ipsius
In medio PVNCTVS; quo cętera fundamento

Omnia

Omnia nituntur, quę mobilis ambit Olympus;
Tu Cæli coniux; TOTVM te diligit vnam.
O ſaluè Mater, Nutrix, Soror, Hoſpita Regis,
Cuncta cui hîc parent Animalia; munere, Tellus,
Vſque tuo degunt hilarem paſsim Omnia vitam.
Cæleſti totin ambitio vibrantia lucent
Aſtra tibi; calor vt foueat te Simplicis Aurę,
Nimboſas ſupra nubes, ſe fornicis inſtar,
Pendentem liquidi curuauit in Ætheris Ignem;
Aër, ut immodicum Æſtatis tibi temperet æſtum,
Flabris interdum Boreę pulſatur & Auſtri;
Mollibus haud nunquam Zephyri ſe ventilat alis;
Vnda tui amplectens totius corporis Orbem
Leniter humectat; viui ſub pectore Fontes,
Per mediósque ſinûs; & hiantibus alta cauernis
Flumina ceu Venis abeunt diuerſa per Artûs.
Téne autem vt grandes Animę, pulcherrima Tellus,
Pro deſpectâ habeant! hominum nunc vilia ſaltem
Dent aruis operam! Segetum decus illud, & Vuę,
Herbarúmque illam permitti Agreſtibus artem!
Huccine nunc rediit vetus almi gloria Kuris?
Non ſic ille fuit PATRVM venerabilis Ordo;
Quorum, ſacra ſonat BIBLIIS Cortina recluſis
Diuinas laudes, & vitæ exempla prioris;
Noêmum, Moſen, Abram; virtutibus omnes
Eximijs, nec cura boum, nec aratra pudebant;
Paſcere enim his Pecus, aut ſtudium fuit Arua tueri.
Non ſic Archileos, non Attalus, & Philometor;
Non, quem tam raro Muſa-Attica tollit honore;
Non Hieron totiens Dircęi gutture Cygni,
Quadriiugo victor Piſæa ad flumina curru,
Siue Pelethronijs equitem ſe ſerret habenis;

Sceptri

Sceptri etenim ritu gladijq3, capessere marras,
Pampineamq3 manus dignata est regia falcem.
Quid Cincinnatos; quid Fabricioſq3 potentes
Exiguo; quid Samnitum fulgentia nummis
Munera ſpernentes Curios, ſulcíſque ſerentem
Quid tibi Serranum memorem? fortiſſima cuncta
Pectora, fortunaq3 ſuos frangentia luxûs.
Annon laurigeris terram inuertêre iuuencis;
Horum nonnè manûs, dederat, quibus Imperij Ius
Roma ſui, ac domitos ducebant Ciuibus hoſtes,
Pauca triumphali ſecuêre noualia ferro?
Qui dominę antiquas vertit Carthaginis arces,
Ambitioſi odio populi, incertumq3 fauentis,
Libera fœcundi ſeceſſit in otia ruris;
Cum curâ tamen hîc plantis & deditus aruis;
Illud vbi in multos decurſi temporis orbes
Enituit ſacrum pallentis robur oliuę;
In quo ſera Ducem pòſt eſt venerata Vetuſtas,
Quem ſua florentem fuit indignata triumphis
Roma ſenem; tantus ſequitur præſentia liuor.
Quid puer Æmilij, durâ qui ſorte parentis
Seruitium tulerat, donec vindicta Quirini
Aſſereret caput; ac tandem virtutis in hoſtes
Egregiæ notum, Auſonijs Mars extulit armis
Endoperatorem; tot qui labentibus annis
Aut ſatur Imperij, aut Sorti non credulus vltrà
Natalem procul Italiâ ſe migrat in agrum,
Aruaq3 ſemimo & betis albentibus hortos
Cominus inſequitur; varias ex ordine Matres
Pangit humi, ſectâ erudiens ſoboleſcere venâ,
Maſculaq3 immittens generoſæ ſegmina ſtirpis;
Ire nec ad ſolitos voluit reuocatus honores.

Hos omnes, Cereris, quàm belli cura gerendi
Haud minor inceſsit; longo explicuiſſe phalanges
Ordine Pomiferas, veluti cùm ſtatur in armis
Martis ad obſequium dubij; non ſegniùs olim
Ruris opus, quàm militiæ ſubiêre laborem;
Abſque metu, procul Vrbe ſenes, pulcherrima lætę
Fructibus in propriis degentes otia vitę.
Quêis valeam ILLIVS *fortunas dicere verbis,*
Qui faſtu procul vrbano, & ciuilibus vndis,
Qui longè à curis & ſollicitudine Regum,
Rura paterna ſuis exercet pinguia bobus,
Lætantéſque vouet Cererem dare iura per agros;
Quem non Inuidiæ percellit vulnificus dens;
Auri alijs maleſuadus amor formidine mentem
Excrucians, hunc admoto non vſtulat igne;
Huîc deſiderij eſt ac fundi terminus idem,
Fmtíſque Pales obducit paſcua curis;
Nec pro nectareis inter conuiuia vinis
Neſcius, argenti cęlatis Theſſala cruſtis
Philtra bibit; nec blanda malum dant mattea virus,
Auri inter pateras, & longo fercula muſſu.
Exhilarat viuo ſitientem è flumine dulcis
Hauſtus aquę, aut niueum prębet manus intima fontem
Qui Cretę flauos latices, Aruſiáque ipſi
Vina ſapit; tum manè noui, tum veſpere lactis
Copia non deſit; celeres ſeu flectit in Auſtrum
Phœbus equos, noſtrúmque fugit depreſsius Orbem;
Siue Lycaonium verſus molitur ad Axem:
Poma Volemiferę ramo decerpta parentis;
Ipſemet in cuius gremio depanxerat olim
Infantem tenerum, & culturâ finxerat artûs;
Ex hortóque cibi faciles, & inempta voluptas

Sempęr

Semper adest, varijq; seges spontanea luxûs.
Quæ populi exsugunt loculos, viscosa loquacis
Monstra fori, dum venalis nugalia linguę
Seria deblaterant alijs, obtundere sensûs
Agricolæ hûic nequeunt, pretio nec vendere curam;
Omnem etenim illius depellat pectore nubem
Halantes inter volucrum gens garrula dumos.
Nec sua vesano committit carbasa Nereî,
Aut Boreę, aut sæuis, aliàs obnoxius Austris;
Nec vagus Oceano in magno, procul vndique ab omni
Littoris accessu timet horrida fata per vndas;
Inter odoriferi tranquilla silentia ruris
Transigit ætatem placidus; vix desinit vnquam
Vsurpare oculis natalis culmina villę;
Non alij huîc noti fluuij, non æquoris vnda,
Quàm qui limpidulis sua circum prata susurrat
Riuus aquis, viridęsque implet dulcedinis herbas;
Vna eadem, quę nascentem susceperit auras,
Condit Terra sinu, patriáque in sede repostos
Officiosa tegit Manes, seruátque sepulchro.
Non etiam accitis inuitant lumina somnis
Grana soporiferi contrita papaueris, aut quem
Africa Terra dedit frigus manabile iunci:
Non molles animi illecebras, vibrantia neruis
Barbita conducit, doctásque ad carmina voces;
Qualia Mecænas irritamenta soporis
Quæsiuit pretio; teneri quem pectoris ægra
Mollities, maiórque animi vexabat Erinnys,
Impatiens somni solidos tres amplius annos:
Sed viridi in musco, picturatísque tapetis
Gramineis, rigue dulces ad margines vndas
Proiectus temerè, salicum nemus inter, & alnos,

Ilibus eructat medijs, & pectore somnos;
Nam volucrum linguę, & blandis exile susurris
Murmur aquæ scrupos inter fugientis & herbas
Exhilarat placidę insinuans penetralia mentis.
Non tuba, non grauibus reboant quę tympana bombis,
Attonitâ capere arma manu; Caput abdere ferro,
Præcipitant, nec iussa Ducis metuenda seueri
Venalem ab lecto transmittunt tristibus vmbris;
Sed Vigil excussis resonans Latonius alis,
Surgentem canit Auroram; florúmque recentes
Spectatum vocat ire oculos, queis aurea nectar
Instillat Venus, & rutilę simulacra diei
Prima vehens, nil Mygdonio degressa cubili;
Ceu Thaumantæis hortinant lumina gemmis,
Idem operi impensę partitur tempora lucis,
Et secura suo cantat commuia regi.
Pestilitas, hominum numero quæ sæpius vrbes
Et fœtore premit, non illi sanguinis almum
Inficiat fontem, nec tristibus inquinet auris;
Is puros etenim tractûs, & libera Cæli
Templa oculis porrò adspiciens, habet vsq; valentis
Vim stomachi incolumem, totóque est corpore sanus
Donec Mors tandem tremulo vestigia passu
Tranquillę admoueat domui, ducátque volentem.
Sub domini nutu alterius, non degit in Aulâ
Seruilis spatium ætatis; nec ad vllius vnquam
Arbitrium sumit, vel ponit Religionem;
Non elephantinam, formicę ex corpore, molem
Eius penna facit, vilis spê ducta lucelli;
Non huîc inuicti splendescit in Herculis armis
Sardanapalus mers, & maluâ mollior albâ;
Non de Thersitê formosum fingit Adonin

Non

Non idem in laudes mendaci prodigus ore,
Spurca libidinibus fœtentis crimina scorti
Coniugium vocat, aut castos Alcestidis ignes;
Deditus in propriis, & purâ interritus orat
Mente DEVM, *dulcesq; canens erumpit in hymnos.*
Haud noctes illum atque dies vitæ anxia vexat
Suspicio; non insidias, non tristia pangit
Fata alij; aut fortè insidias si ponere curet;
Retia tensa feris; genero viscata volantum
Vimina; fallaces concinnat piscibus hamos.
Si non aulæis rident florentibus ædes,
Illusáque auro ostentant penetralia vestes;
Si non vix claudunt capitales scrinia lamnas;
At segetis fructu propriæ non lintea desit,
Laneáque exsuperat de vellere vestis inempto;
Interior meliore notâ fragrantia signat
Vina penus; variæ turgent granaria frugis;
Mella fauis stipata fluunt; & dulcibus vndis
Speluncæ, viuíque lacûs; armenta gregésque
Instabulis; vincunt hiemes fœnilia longas.
Fortunati etenim agricolæ, mea Musa, Penates
Hîc memorat; cuius, veluti respublica, leges
Seruet magna domus, patriumq; impendat honorem.
Non lignatores miseri, mercede fluentes
Qui reprimit ramos; penetrátque ligonibus arua;
Non qui desudet pretio, vix vnde misellos
Nutriat infantes, patuli sub cespite tecti,
Quattuor in rudibus quod sit nisi sessile furcis.
Fas vtinam foret, ô GENITOR, *me Regibus vsq;*
Ignotum, solos inter requiescere saltûs,
Otia degentem in studijs; vbi mollis arundo

Alnorumq; seges viridem trepidantibus oram
Texit aquis, mea quę longè per pascua serpunt;
Det speciem, piscina, Maris; triplo ordine circum
Quod mea frondosis viridans nemus alta remugit
Tecta comis, æstusq; grauem qui claudit & aurę
Vim domui lucus, densis quę cædua ramis,
Limite ab occiduo, sat largum sufficit ignem
Silua Lari, quandam Hercyniæ mihi præbeat vmbram;
Calea magnanimos Nili septemplicis amnes;
Cærulus, Eridanum, nemora inter frondea lauri
Fluminibus centum presentet Lisa sonantem;
Floribus omnigenis dumos chorus inter olentes
Versicolorum auium, passim mihi mulceat aurem,
Humano cantu melius, fidiúmque figuris:
Prædiolum Castri-Veteris geniale recessu:
Huberibus mea regna locis; vbi maxima turres
Eminus, & moles ostentat Ganda superbas;
Ruris alat facili victu, mensisque paratis;
Mariè salutantum officia, & certamen honoris,
Quale solet mediâ fieri ambitiosius Aulâ,
Hinc reddant pueri; hinc charâ cum coniuge nati.
O mihi sic procul à curis, PATER *optime, laudes*
Decantare tuas liceat; venientis vt ævi
Mirentur meritò vocalem sæcula Musam;
Vt Sarrampini meus obtinet arua Salustus
Propter aquas, tractúsque DEVM *canit inter amœnos;*
Vincit vbi Æthiopis sinuosa volumina Nili,
Quíque alius magnis fluuius se iactat in vndis,
Gimonæ candor mucus, Nymphæque sorores;
Ille vbi Bartasium, Musas pius inter ouantes
Vibrat eburs; longáque Lares ab origine notos

Nobilitat magis, & ſublimibus æquat Olympi
Sideribus; cuncti fines per cognitus Orbis.
Sin ratio interdum Officij, vel Principis iſtud
Iuſſa velint, veniam poſitis vt rebus in Aulam;
Mollibus inflato ne mens mihi turgeat auris,
Nec preclara leuem reddant me ſigna fauoris;
Principibus regner, animi ſed liber & oris;
Vt veri, per Virtutem, ſtudioſus honoris,
Pergam iter; & longè fugiam confinia vani;
Vir probus; ac Fidei venerans ſacraria cane,
Turpia adulantis nunquam norim orgia linguæ.

BARTASIADOS
DE MVNDI CREATIONE.
LIBER QVARTVS.

VOs, qui flammiuomo vexistis ad sidera curru,
Veridicę liquido pollentem lumine mentis;
Qui cùm Iordanem, contortâ veste feriret,
Moriger ę extemplò filum diuiserat vndę;
Et me sublimem procul hinc, procul eripe Terris,
Astrifera super immensos compagibus Orbes:
Tu cisij cape frena manu, cursúmque volantis
Auspicio moderare tuo; nostri orbita flexûs
Æquet Solis equos, HODIE, Martísque Iugales;
Nunc, ad Saturnum propiùs; nunc infima gyris
Pronior obliquis lustret vestigia Lunę;
Scilicet illorum vt postquam mea Musa laborem,
Diuersásque vias, vires, & lumina norit,
Voce Pios doctâ erudiat, sanctísque rebelles
Mitiget obsequijs animos; clari Axis ad ignes
Ferrea corda trahat versûs Magnete diserti.
Vos studijs animę illustres; vos Calitis aurę
Perfusi radijs; vos vos, quibus aurea Mundi
Lumina Stellantis, celeres dant sumere pennas
Ingenij; siue Ætherias inuaditis Arces;
Egregios seu cura sequi Septemplicis Ignes
Curriculi, atque auidâ varios vertigine motûs,
Impete pernices facili diffunditis alas;
Huc agite, ô munem, vates, mihi tendite dextram,
Pegaséique iugo sublimem imponite montis;
Hanc humilem nimis, ac tenuem tolerate camœnam,

Carminis auxilio vestri; quod mollibus omne
Diuinum numeris, atque ipsâ dulcius Hyblâ est:
Ipsam etenim præter virtutem (præmia cuius
In se magna satis) vestras quę diuite mentes
Instruit ornatu; quondam felice Nepotes
Tempore victuri, ferro cùm sæuus & igne
Mars consanguineis saturata cruoribus arma
Fixerit, ac tristes odijs expleuerit iras;
Lumine non alios vobis meliore querentur
Illuxisse dies; non prosperiora fuisse
Sidera; non aliud Musas cecinisse per æuum.
Nostri prima licèt nascens modò nominis aura
Aut nihil, aut perquam exiguum sibi spei et honoris
Inuidiâ expertis qui luce rexideat æui;
Dum tamen his Reges; alijsq́, canuntur Amantum
Amentes curę; tempus mihi ponere nullum
Est animus, nisi cantandis in laudibus eius,
Corpora de nihilo qui condidit omnia Mundi;
OMNIPOTENTIS honos vt claris exstet in Actis;
Quos genuit Labor, atque animo ridente Voluptas
Mî versûs peperit, Famę clangore volantis,
Nec gemino affectant plausu resonare Minorum;
Ollis hoc sat erit, felix si Flandria voti
Progeniem ferat egregiam, quę nobile Vatis
Bartaidę miretur opus, dulcęsque Camœnas
Me tractet meliùs; vel diuitis, ARGVNENTO
In simili, ætherios scrutetur pectoris ignes.
Non quales fabri; ingenio qui deside segnes,
In medijs curam abijciunt, operumq́, laborem
Præcipuâ plus parte secant; percurrere cuncta
Præcipites potiùs, sua quàm bene-cæpta polire;
Talis Mundi-opifex; Partes qui TOTIVS omnes,
Conandi citra studium, digessit ad vnguem.

Sponte libens, bonitate alacer, moliminis expers;
Quas res cunque agit at iam tardis, iámque citatis
Passibus adducit perfectæ ad lumina formæ.
Ergo vbi diffuso rapidi velaria Cæli
Fornice suspendit, Veneris genialia circum
Fulcra genetricis; partu quæ fœta perenni
Assiduam æternat Mundi in spectacula prolem;
Cærula luminibus densis distinxit et auro,
Maior vt vtilitas, speciesq; insignior esset.
Noui equidem in magno quę resplendentis Olympi
Ora micant spatio, digitos pernicia nostros,
Effugiúntque acies; illorum vt noscere nemo
Possit iter, nemo veras comprendere vires,
Materiam nemo; mentis tamen huius acumen
Cæli ipsum ad summi laquear, quod sidera secum
Cuncta mouet, si iudicijs fas tendere nostris;
Quę primo fuerat LVX imperfecta Dierum,
Mundi eadem hæc oculos compleuit folguris omnes;
LVCEM etenim, DEVS, egregio quæ præstitit igne,
Fulgida in Astriferę sumpsit glomeramina Molis;
Vel partitus eam commentatúsque rotundâ
Fulgoris specie, succendit lampada Solis,
Diuersásque omni sparsit quot in æthere flammas.
Site Graiugenûm potius, quàm gentis Ebræę
Delectant riui, atque illis iuuat ora rigare,
Accipe; Rerum-Opifex primoribus edidit vndis
Pinnatos Pelagi ciues; Terrestribus idem,
Viuentum hoc è principijs genus extulit omne,
Per iuga quod Tellus stabulat, Campósque virentes,
Per tractúsque Pali sacros; perque inuia Phœbo,
Quę tacitum rimantur iter; sic lucida Mundi
Cærula, et Ætherię nitidos compagimis Ignes,
Semine matricis conflauit originis vno;

Pars vt Totieadem; et geminum sit Partibus Omne.
In quaerno veluti spissescens stipite nodus
Ingeminat, venis altè compactus & atro,
Omnia materię similis pulpámque, librúmque,
Cortícemque superficiem; sed pectine matris
Strictior, ac torto indocilis duramine vinci;
Illa etiam lychnorum acies, quibus Aula Tonantis
Vndique elir adiat circùm, quosq; impete tanto
Inferiùs miramur agi, sunt Calitis Æthrę
Pars collecta magis, roseaeq; coagula lucis.
Illorum quotiens Nitidum contemplor et Ardens,
Quę duo se iungunt, Elementi propria summi;
Esse Ignem statuo; non quem tantisper habemus,
Dum potitur crassis, aut arida pabula torret;
Toto etenim vix credo die Primordia possent
Omnia stellantem per se compascere Mundum.
Concutior risu, quotiens mendacia pictis
Garrula membranis, figmentísque apta disertis
Verba lego, Ætherea tremulos qui Fornicis Ignes
Viuere vescentem, perhibent, Animalia vitam,
Quęrereq; assiduo pastum connixa labore,
Incita, curriculi media inter pensa perennis,
Electare cibos Terris, atque Æquore potum.
Atqui in Sidereis video discursibus orbes,
Continuásque vias, & passûs semper eosdem.
Vis vt in aduersis ne sit contraria metis;
Ast in compositos reddunt Animalia motûs;
Obuia cùm veniunt, fit vt diuersa repentè
Dissiliant, quoquò impulerit sua quodque voluptas.
Prętereà istud si verum est, certamine totum
Præcipite effusi quicunque per Æthera currûs
Corripuêre Polos, cur non modò findere Cælum;
Interdumq; vides rimas compingere hiantes;

Et

Omnibus affectos plagis, quas infima Tellus,
Et Pelagi patiuntur aquę; quæque Aere in alto
Mille nouant renouantq; vices, ac prelia miscent?
Sed nec corporibus Locus et Mensura rotundis
Organicos faciant artûs; nec florida Moles,
Vndarunq;, puto, possent tot pascere Stellas;
Orbem quę Terræ hunc omnem, Campósque natantes
Exuperant longè; cùm nostra animalia, luces
Cis modò tricenas, plus térque quatérque ciborum,
Quàm sint ipsa, vorent, pensato pondere rerum.
Omnes ergo illi, stadijs qui clara supernis
Astra vehunt Equites; non sic rapiuntur habenis
Præcipites temerè immissis, per simplicis auram
Æquoris illustrem, dubijs vt cursibus errent;
Aut saltu spatia anticipent, nullo ordine quales,
Aera perliquidum nunc huc, nunc impete verso
Pennatę ludunt animæ; sed euntibus vsque
Fornicibus fixi propriis volnuntur in orbem,
Noctes atque dies; desertus in apside qualis,
Non nisi cum plaustri fertur vertigine clauus.
Vt Phlegethontęâ veniens quem Febris ab vndâ
Affligit miserum, moltis trepidantia lecti
Fulcra super, bellum proprio sibi sumit ab ore;
Obbrutescentis vitio, nam sola palati
Noxa sapit, blandíque vicem sunt pessima mellis;
Ingenijs tales vidi dementibus ire
Cæsa per et ruta; quod nullis iter ante peractum;
Quíque suis vt velificent per inhospita monstris,
Consuetum fugiunt pelagus; communiáque armis
Currere compertis renuunt Maris æquora noti.
Illorum, credo, similes, qui vertere circùm
Astra negant; celeréque Polis dare Sidera motûs;
Sed Maris vndisoni, sed Terræ frugiferentis

Ire

Ire globum, solideq; aiunt, dum meta diei est
In spatio, assidui glomerare voluminis orbem;
Nos illum faciunt, tumidæ qui primitùs undæ
Soluit iter, ventísque nouus surgentibus hospes,
Euehitur portu, ac nauim, quâ fertur in altum,
Stare putat; retrorsum arces, & cedere littus.
Sed tot inardentes Cæli per culmina tedæ
Perpetuùm æquatis inter se passibus absint;
Quodq; excussisset iaculatus in Aera telum,
Ad caput ipsius rectà non verteret vnquam;
At veluti è prorâ, rapido quæ concita cursu,
Fertur aquis, si quis lapidem contorsit in auras,
Vectorésque supra socios; non vsque volantem
In nauim recidit, sed diû post terga relictos
Labitur in fluctûs: Nónne agmina picta volantum
Littore ab Hesperio, gemmantis in aurea versùs
Regna Deæ, celeri quaterent licèt impete pennam,
Veris principio nitidi prægnantibus armis,
Visere cessantes Zephyrus cùm gestit ad Euros;
Glandes fulmineis furiales flatibus actæ
Bandanidas contra, retrò assicerentur abire
Cursùs in proprios? etenim quæ Corporis huius
Turrigeri sua mobilitas, essétque citatus
Continui raptus Pelagi; præuerteret omnem
Vim tormentorum; & tanti vertigine lapsùs,
Pernices ventos, auiumq; euinceret alas.
Abs tot ego dictis, argumentisq; paratus
Expugnare tuum haud possim, Germania, Ciuem
Arte Copernicum egregiâ, & subtilibus armis;
Sidereos etenim adspectûs, Caussámque tueri,
Callidus, vt possit; directáque, corpore, tela
Exeat inflexus; ternis, Sola plaudete Terræ,
Motibus ostendit; pollentem lumine Phœbum

TOTIVS locat in Medio; Latoidos Orbem,
Nympharúmque & Telluris declarat eundem;
Aſt hoc ingenij ſtadium me currere tempus,
Propoſitiq; vetant modus; in diuergia ſurſum
Flectere equos, Cælóque pares committere currûs,
Et ſpectare vagos Septem iuuat orbibus Ignes.
Aëris abſtruſos gremio terga aſpera montes,
Floreáque obſtupeo viridantis ſidera Terræ,
Et numerum, in pelago, innumerum, quę ludit, arenę;
Magneſi me cæca trahit pellacia ſaxi;
Sed mage in aſtriferâ circum ſpeculatus honorem
Mole triumphantem, curſúſque, & regia miror
Imperia in Terras. Qualis Iunonius ales
Vulnificis taciti calcaribus acer amoris,
Suauia laſciuis iacit ambitioſa ſorori
Luminibus, grandíque pedes diſpernit hiatu,
Arduus, & pictis oſtentans cærula pennis,
Sidereíſque micans oculis, illam vndique circum
Blanda refulgentis vibrat crepitacula caudæ,
Pulchrior vt pulchro ſpecies è corpore flagret:
Non alio venas igni Pater ardidus Æther
Pandit opes, circúmque volans ſe iactat amicæ,
Lucida diſtendens latè velaria fuluis
Intertexta globis, atque auri illuſtria lamnis;
Suprà etiam infráque ambituſ radioſa coruſcis;
Paſſim Ignes intermedij, bullaéq; micantes;
Tali ille ornatu, ac tantę fulgoribus artis
Conſpicuus, chare tenerum Telluris honorem
Luminibus tuitur tremulis, vt conſcia flammę,
Sentiat ardorem meliùs, molliſque medullas
Inſinuet calor, & iecoris penetralia ſument.
Sed quot in Ætheriis ardent laquearibus Ignes,
Dicere qui volet, ac veram ſubducere ſummam,

Illi

Illi ſcire nouam numerandi conuenit artem;
Conficiendę etenim rationi, totiùs omnes
Oceàni haud eſſent, quę magnos inter arenę
Se cumulant fluctûs; qui nos tamen ante fuerunt
Ingenio præſtante viri, quò ducere mentem,
Errantéſque oculos vſquam conſiſtere poſſent,
Per memoris ſimulacra notę, ſemel omnia Cęli
Lumina, imaginibus varijs, quater in Duodenas
Diſtribuêre Domos, hominúmque, & nomina rerum.
Biſſenę quarum ſpecies, fulgentiáque auro
Signa, per ingentem textu præduite ZONAM
Fixa meant, quam NATVRÆ *dedit omnipotens* REX;
Stellanti immenſas populo cùm conderet arces,
Arduo in amplexu Mundi; legéſque volantis
Poneret æternas ſpatijs; quod omittere, latum
Non auſit nitidi pernix Cæli impetus vnguem.
Non quâ ſe mediam Zonâ præcingit in orbem;
Sed veluti collecta ſinûs Dictynna fluentes
Venatrix, habilem ex humeris ſuſpenderet arcum:
Baltheus ille, ingens Mundi decus; ille pyropis
Ruſſus Erythræis; nitido quem fulgur ab Igni
Vndique perfundit radijs, ſectíſque per oras
Penſulamentis argenti, & fulmine lucis,
Enitet, ac medius gemmis ornatur & auro;
Aurea Memnonijs candent ſegmenta cylindris;
Sic pictus, biuijs Alti conuexa rubentis
Continet obliquis, atque Anni Tempora vertit;
Vnde Diem ac Noctem ſpatijs Nepheleius æquis
Diuiſas quadrupes, Stellatis cornibus inſtat;
In Boream denis-noues, totidemq; recuruus
Præpetis in Cęli Medium; porrò inde ſub Auſtros,
Tot pergit Gradibus; numeróque inflexus eodem,
Hinc Anni in portas deuexo limine pendet.

Immenſis

Immensis Aries contorta amfractibus auri
Cornua confligens ineuntis ad ostia Veris,
(Cæli etenim huîc primas aperire volubilis ædes
Sorte datum) nitidi cirris se velleris effert,
Ardentésque ambos oculorum expergitus orbes,
Auersum intuitur Taurum, spectabile Stellis
Quassantem caput, aprici per florea ruris;
Curuus humi cubat in latus, & pubentibus herbis
Aspirat tepidas patulis è naribus auras,
Formosum violis renouans Aprilibus Annum.

Quos DEVS *ætherio, Maij sub temporis Idûs,*
Lumine lustrari volunt; quêis sidere claro
Genuà, pedes, humeros, ipsis caput omne lacertis
Irradiat, Gemini, Camuris quem cornibus acrem,
Inq; ipsos versum adspiciunt, quo prendere Taurum
Impete festinent, inter se brachia iuncti
Consilium mussant; ast illos ipsa volantes
Cærula proripiunt, nec fas dare corpora retro.

Signiferi octonis sulcans Maris æquora remis
Se patrium æstatis tollit iam Cancer in Orbem,
Et iubar illustri fundens penetrabile testá,
Extensósque dies ducit, Noctémque moratur,
Arentes æstu properet ne visere Terras.

Inde Clionæus lentis Leo passibus intrat
Ingentésque toris, & lumina torua, iubásque,
Iliaq;, incuruosq; vngues, caudamq;, genuq;,
Et dorsi spinam immanem, siluosáque setis
Pectora flammiuomus, malaq; ardoribus asper,
Vrat vt æstiferis animosi afflatibus oris
Cæsariem herbarum, frumentorumq; maniplos.

Mollius Icariæ procedit Virginis astrum;
Quæ tamen effuso stellantis syrmate veli
Feruida cærulei verrit tentoria Cæli;

Plena

Et terete incedens tollit vestigia passu
Plena animi; dextrâ, Solis quî leniat astum,
Ventilat insignes gemmis & lumine plumas;
Flauentes lauâ Cereris protendit aristas.
Clara refulgentis subeunt examina Libræ,
Quę paribus pensant spatijs noctemq́, diemq́,
Ex auro radiante Iugum; prelustriaq́ auro
Vincula; tergeminus fulget luci Anulus aureâ;
Aureaq́ est olli, cum Lancibus, Ansa, duabus.
Scorpius insequitur, dirum qui lampade ventris
Sub geminâ, occultat virus; crudeliaq́ Orbi
Tormenta assiduè vomeret, nî comminus arcum,
Et iaculi intentans aciem Philyreius Heros
Mistus equo, pars vna Hominis, par altera Bruti,
Quadrupedante leuîs pede Cærula pulset Olympi.
Dum sic ille oculis, vnum hoc intendit, & arcu
Venandi studium, Caper ac simul Infima Piscis,
Cuî ceruix, hirtúmque caput; flauentq́ orichalco
Cornua, et aquoreis pars fulget eburnea squammis
Hesperiæ dominator aquę, vestigia tutus
Ponè legit, ducens Hiemem, qua membra sinusq́
Horrifico contracta gelu; contractus & ipse est.
Sideream interea resupinat Aquarius vrnam,
In calcésque suas rutilo pluit amne perennis
Agmen aquę, & flauos (qui credet?) Piscibus Ignes
Terga secuturis, fluuij defundit in vndam,
Hanc inter medius, Stellis distantibus alget:
Tendunt purpureis Pisces se tingere lymphis,
Ac bibere effusi fulgentes flumnis vndas,
Diuersíque abeunt, cæli, natat ille Boræum,
Alter vî Notium defertur pronus in Orbem;
Sed lacus, & fulue rutilans liquor aureus amne

Pre-

Præcipitant; ipsi fugiunt, quę proxima iactat
Cornua Phryxæus quadripes, frontémque minacem
Hos Ignes prater; Boreę confinia circum,
Verticis à summo medij, Draco voluitur ingens,
Fluminis in morem, latis quod flexibus vndat,
Corporeq; obiecto immanes disterminat Vrsas.
Curuato Puer inde genu, sublimia subter
Sidera, inoccidui propior stat luminis Arctos;
Deinde Boues rutilo sulcantes vomere Cælum
Artophylax stimulat; russi cui Stella nitoris
Ad genua Arcturus; Cressę illustrissima Gentis
Gloria se huc iungit consutilis Igne Corona.
Illa per omnigenas quondam celeberrima Terras
Cantoris Lyra Threicij, quę ducere siluas,
Et pecudum arrectas numeris pollentibus aures;
Quę legem Rhadamante tuam, & Plutonia Iura
Soluere multiplicis potuit dulcedine nerui;
Nunc in Hyperborei claro stat Culminis orbe,
Non indelectans mussantes fancibus Vrsas,
Anguineósque animos, & arantes Astra Iuuencos:
Qui manibus ęuum compressis ventilat Anguem
Seu satus Alcmenâ, seu quondam Epidaurius Heros
Implicitum spiris Ophiuchus, & atra veneno
Colla exertantem; frustra; nam hic fortior angit:
Hinc fulget niueus modulanti gutture Cygnus,
Séque auium ritu bipatentes pandit in alas;
Proxima transcurrit magnum per Inane Sagitta;
Ecce autem ætherias, Aquilam, vt se concitat alis
Ante domos, animis audax maioribus vngues
Induere in fulmen, volucrum rapidissimus ales;
Ales in Aeriæ qui quondam altissima Cretę
Saxa volans, liquidum ambrosię melligenis imbrem

Rupi-

Rupibus abſterſit, Iouis impoſuitq; labellis
Expoſiti infantis; quem pòſt Patris ille potitus
Reddidit immortalem, & Cæli miſcuit aſtris;
Vel Pius ignoſcat, lepidæ quòd Virginis olim,
(Quę Graias inter vixit bene-cognita Vates,)
Iſta hîc Bartaſijs iungit ſe fabula Muſis.
Gibbera fulgentes rapientem terga per vndas
Delphinem, ſenis Oceani memorabile donum;
En volitantis Equifera pectora, qui pedis ictu,
Aonios viridi erupit de vertice fontes:
Rupis adhuc memor Andromedę, flammaſq; dolorum
Corde fouens, triſti, miſeros dat imagine vultûs;
Hîc caput; & medium Volucri Stella Ignea ventrem
Quadrupedi abſoluit; tegitur pars cætera Cælo:
Hæc Generi eſt humeros propior; Capitiſq; tenentem
Perſea Gorgonei colubros; & Præpetis Harpen
Arcadij, attingit pedibus; nec longiùs illinc
Deltoton triplici rutilat ſpectabile flammâ;
Partibus extremis totidem; quarum vltima abinis
Hinc atque hinc ſpatio laterum ſe porrigit æquo;
Contrahiturq; baſis breuior: Iam triſtia Cepheî
Lumina; iam mœrens ſe Caſſiopæa remordet,
Infuſcatq; oculos habitu; Nunc ille, feroces
Tyndaridûm qui flexit equos, curuamine longo
Vltimus Arctoi de partibus emicat Orbis;
Huius læua pares villis Stellantibus Hædos,
Fertq; humerus ſignum Olenię pluuiale Capellę;
Cuius lacte, Iouis mentem viguiſſe nouellam
Muſa canit, meritíſque altam fulgeſcere Cælo:
Oppoſitâ de parte Poli, quę prona ſub Auſtros,
Declinatq; Diem in medium; ruit impete vaſto
Alta furens in luſtra Orion, plurimus armos;

Plurimus ingentes Stellata per æquora passûs,
Brachiáque effundens baculo, caput inserit astris
Cernuus, enitens, rutilúmque insignibus ensem
Incessu quatiens; magni pars maxima Cæli:
Hìc Canis assîdit, sæuis ardoribus Orbem,
Pestiferísque affans animis, quę pectora turbent;
Nec minùs horrendo occiduus dat frigore damnum,
Vndíque Stellarum ingeniis mordacibus asper,
Vibrat inoffenso rutilantes fulgure flammas;
Sed longa obtusus notat Intermundia venter;
In maxillam ardet præfulgentissimus Ignis
Sirius, ad clarum, medio de limite, Solem
Conspicuus, paretq; acri per cærula vultu;
Huîc vigil à tergo Ante-Canis vix lenius astrum,
Prouocat exsiliens celeri Lepus impete ventos;
Argiua hinc Argo domiti nauale tropæum
Oceani; squammis sequitur Stellantibus ardens,
Immensi pars magna Poli, labor Herculis olim
Non nisi flammiuomo tandem superatus ab Igne:
Exoritur Coruus Phœbo gratissimus ales;
Vitigenum ad laticem, Bacchi sua munera Crater;
Quadrupedans fulgore Croti cauat vngula Cælum;
Aurea Orontęis adoletur odoribus Ara,
Cùm sacra in effrenos iurarunt bella Gigantes,
Quàm tetigêre dij, monumentum fœderis ingens;
Ne sint viginti porrecto in corpore Stellę,
Deficit vna Lupum, Notio qui sidus in Orbe est:
Remigiis Cetus pinnarum, & fluctibus alui
Arduus intortis, pleno fert gutture pontum,
Andromedę pauor æternus; nunc cuius Ioppe
Vrbibus anterior cunctis, vestigia monstrat.
Proxima Stellarum tenuis se fusio tendit

Har-

Harpedone; & misero Eridanus defletus abigne;
Quíque siniſterior fluuius cadit Orionis;
E tribus atque decem plexa est Semeleia Stellis,
Perpetuóque virens scintillat honore Corona.
Emicat Æoliis quondam vrinator in vndis;
Corpore squamigero fulgens nunc Piscis ad Austros.
Talibus his Polus inferior, pendentiáque imi
Limine cæruleo cæli Palatia fulgent:
Tot nitidi ac plures flammis vibrantibus Ignes
Colluſtrant biforem gemino sub Vertice Mundum.
His Octaua HODIE texens Aulæa figuris
Dextra DEI omnipotens, certi mirâ ordinis arte,
Absque arte, illustres fulgenti in Fornice Bullas
Innumeris struxit numeris; quem subter euntes
Septenos spatiis longè interioribus Ignes
Disposuit, propriúmque omnes secluſit in orbem;
Nempe hominum vt posset, noctis per opaca serenæ,
(Innumerabilibus Stellarum millibus Æther
Vndique cùm radiet circum) discernere visus
Cælicolúm cursûs varios, qui perpete deinceps
Ordine distinguunt alti tabularia Cæli.
Stellimicantis item Mundi inter Summa Lucernæ
Conniuere oculis, atque auri exspargere micas
Cauſſa facit, nitor vt crispo quasi lumine vibret
Scintillans; at Signiferum labentia subter
Sidera septenis diuersa per æquora bigis,
Fulgoris tremuli iaciunt nihil; indolis omnes
Fòrs tamen vnius Conuexa per ignea Stellæ;
Aſt in supremâ fixos velut apside clauos,
Hæc quòd mortalem effugiat distantia visum,
Contremere apparet; cùm nostra trementibus hiscant
Lumina pupillis: illa autem sidera septem

Inferiùs longè, ac propiùs palantia Terras
Haud istud faciunt; sed Maiorum ardua subter
Agmina circuitu subeunt breuiore Minores
Vsque Globi; quo Punctus enim vicinior ipsis,
Artantur magis, & curtis amplexibus errant;
Testa velut, (si Parua licet contendere Magnis)
Extuma pars Oui est; quam sub Membrana tetendit;
Albumen liquido interiùs se glutine densat;
Masculus in mediâ glomeratur sede Vitellus.
Ergo Molam Ventus veluti vertentibus Alis
Torquet agens circum; prætensaq; Brachia velis
Corripiunt Alæ; dentato versa Cylindro
Robora dant animos; Subscudem deinde Cylindrus,
Mordacémque rotat Subscus quadrata Catillum,
Qui terit in tenuem Cerealia grana farinam;
Quale etiam quod signandis intendimus horis,
Ire Orbem subigit Decumanum; deinde Rotarum
Commouet ille alias, Mediocres, atque Minores,
Cum Minimis; trepidant Vigiles; quæ supputat horas
It tractu serpente Manus, duplicisq; Diei
Malleus exsiliens resonantia percutit Æra,
Æra diu noctúque quater memorantia senas
Curriculi partes, Phœbi dum vertitur orbis.
Tale quod ambitio complectitur omnia Cælum,
Quódque hominum hanc sedem, viginti quattuor horis
Circuit, ac rapiens audo cuncta impete secum,
Interiore trahit spatio cita Sidera Mundi
Vno-quôque die, tantos vertigimis haurit
Ingeminans lapsus, non-expletumq; laborem;
Gangis vt Eoi extremis à fluctibus vsque,
Littus ad Hesperium properet, lucemq; cadentem;
Inde per oppositas obliquo limite gentes

Tendat

Tendat iter, Gangísque iterum despectet arenas.
Sed primo subter quot eunt Astra ignea Motu,
Arbitrij alterius duram indignantia legem,
Nec proprio posse auspicio formare figuras,
Staticulísque modum; sed præsulis instar Olympi
Ferre gradûs, iussóque pedem componere passu;
Coniurant animis contrà, subnixaq; tendunt
Gressibus obliquis; vt eodem tempore prorsus,
Et fugiant rursus; quamuis id cernere nostris
Impermissum oculis; simul amnes versus Eoos,
Oppositis simul Hesperios se cursibus instant;
Mundo abeunt vnà abrepti, redeuntq; Planetæ,
Vno eodemq; simul spatio; simul arduus ipsos,
Ac pronus, Cæli impellit per cærula motus:
Qualis in Angligenûm merces qui destinat oram,
Trita Tolosatis portans venalia glasti;
Æquora cùm versùs Pelagi, rapit vnda Garumnæ,
Veliferumq; pari ventus certamine currum;
Ille foros super ingrediens, modò proxima puppi,
Proximáq; alternis proræ vestigia vertit,
Austrorum inuito flatu, inuitisq; procellis,
Agminéque inuito fluuij, sese incitat vrbes
Burdegalam contra, simul aduersumq; Tolosam.
Sed quo fulgentis propiùs laquearia Mundi,
Diuinasq; adeunt intacti limitis arces,
Hoc spatij maioris opus, plurésque recursant
Acta dies, priùs ad Patrij quàm Carceris oram
Vsque reuertuntur; captíque intactile cursûs
Attigerint punctum; æternos emensa labores.
Hinc illa ætherij, tradunt, Tentoria luxûs,
Quæ Phrygio Omnipotens clypeis distinxit & auro,
Qui tota irradiant nitidi fulgoribus ignis;

Annorum circà ſeptenis millibus orbem
Conficere obliquum, inuito Primi impete Motûs.
Aonidum genitrix vinclo cuî iuncta iugali eſt,
Ingenioſe Senex; ætatis conditor aureę;
Es tacitus licèt, atque indulges omnia curis;
Lentus, & exſuccus; nunc tempora candidus ambo,
Auſterus, frontem caperans, oculóſque profundus;
Sincipite, ac toto quamvis es vertice Caluus;
Attamen inſignes inter, Palatia, diuos
Summa tenes; tua ploſtra rotis ceſſantia plumbeis
Non niſi triginta tandem euoluuntur in annis.
Tu qui felices operum Mortalibus Ignes
Iuppiter, effundis, quà fas, Pater omnibus æquus;
Largus opum; & noſtrę miſerans incommoda ſortis
Luce bonâ qui nos recreas; meritiſſimus axem
Falcifero iungis, perdifficilíque parenti;
Atque ita fulgentes proſper dum flectis habenas,
Et magna imminuis Senis infortunia diri
Multi modis; aſtríque pio mala ſidere lenis;
Stanneus iſte tuus clauis confixus & auro
Currus, ab obliquo Stellantis tramite Mundi,
Signiferum ſubter, bis per ſex vertitur annos.
Pectoris immenſus, ſed atroci percitus irâ,
Armipotens Mauors, animis cuî bella, cruórque,
Carnificesq́, ſedent furię, nitidíque mucrones;
Aſſiduo ſæuos acuit clangore Iugales,
Spumantéſque haurit ſtimulis, Cæli æquora circum,
Æratis ſed rheda rotis per iniqua viarum
Sæpe retardatur; maturo vt germine vitis
Ter madeat Bacchus, calcatis ſordidus vuis;
Cæſariemq́ Ceres flauam ter falce recidat,
Antè pererrato quàm curſum fecerit orbe.

Auri

Auricomis tu vectus equis, Sol aureus ipse
Fercula in aurata portas Sollemnia lucis;
Tu vitalem animam, & Mundi largiris honores;
Tu, queis fortè datum, Rem cum ditione potiri
Præsidiumq; decusq; Viris; tibi pectora dulces
Intus agunt numeri; tu docti es carminis auctor;
Tu potis arcanas Naturæ accedere partes;
Ter tu Centenis Sexagenísque diebus
Et Quinis, (exacta manus Quinque adderet horas)
Signiferum emensus, finem pertingis eundi
Vlteriùs, repetisq; orbes, quos feceris antè;
Tuq; tuis, Annum spatijs moderare volantem
Sponte tuâ; túque inuitus mensura Dieies.
At Venus ambrosiæ pollens dulcedinis Igne
Omnem vterum grauidat Mundi; comitantur ouantem
Et lepidi lusûs, & delitiosa voluptas,
Quíque Cupidinibus teneris iunguntur Amores;
Formosæ circùm illécebræ, viridísque Iuuentas,
Et crura in numerum chorus alternata figurans.
Hęc aperit portas eadem, claudítque diei;
Nec bijuges longè, pelagi supra æquor & infra,
A Phœbi spatijs ausint volitare Columbi.
Haud aliter, vel perparum abest: super æquore Nerei
Qui naues regit, ac superas mox tendit in Arces
Mercurius; triuijsq; olim tria nomina terno
Inscriptus capiti; morum, linguęq; disertus;
Institor; & cytharę neruos qui pandit & artes;
Dimidio Cęlum citiùs circumvolat anno;
Pérque viam hanc omnem leuibus talaria plantis
Longiùs haud tulerit Stellantum à Principe Diuûm.
Noctis honos, pelagíque potens Latonia Virgo,
Humenti Terram circum quę sidere fulges,

Frigoris effundens animas; Annumq; Minorem
Cornibus auratis reserans, claudísque vicissim;
Signa quater-ternis vicibus Duodena pererras,
Vnius in spatio, repetitis cursibus anni.

Nunc, age, Sideribus quę sit, cape, caussa movendis
Flammeus ille etenim Stellarum Exercitus omnis
Si nullâ Cæli raptus vertigine circùm
Staret iners, vnam semper-nox languida partem
Integeret Mundi; semper-Lux stringeret vnam;
Nî spatijs etiam assiduis, nec simplice gyrò,
Quattuor ambiret genitalia TOTIVS *arua;*
Bruma gelu, aut radijs ardens penetralibus Æstas
Vreret oppositâ macras de parte Nouales;
Semina deficerent rerum; Sterilescereț omnis
Vena soli; nihil è fundo frondaret ad auras,
Qui sic desertus Calidi, vel Frigoris esset
Temperiê alternâ, vicibúsque volubilis Anni.

Distantes etiam certo discrimine Cælum
Omnes si teneat, vno nisi momine, Stellas,
Non varium morem, non tot coeuntibus Astris
Acciperent motûs subitis mutantia Mundi
Membra modis, quos Sidereę vis insita Genti
Extimulat, tacitum iaculans Mortalibus Ignem.

Haud equidem admittam, rapidi cùm condidit ingens
Orbis opus, sic disparibus Cæli atria Stellis
Illustrasse DEVM, *iucundi vt sola nitoris*
Ornamenta daret species; turbamq; teneret
Nequiquam rutila mirantem pallia Noctis.
Ruris ego vt credam florem Sola læta feracis
Fronde colorantem; aut vtero prægnante lapillos
Omniparens quos terra genit, virtutis habere
Auspicium magnæ; tot verò insignia flammis

Corpora

Corpora, quę Terras superant, atq; Æquoris vndam
Visine, inesse Polis tantùm fulgentia, iuges
Vt faciant gyros, atque alta palatia lustrent?
Est sensu vacuus, durâ qui fronte resistit
Indicio sensûs, quem nulla insania læsit;
Quippe etenim inficians, rê quod compertius omni est
Qui genus humanum ac pecudes; qui semina Mundi
Inferiora negat superis obnoxia flammis;
Multiplicesq; haurire animos, & sumere motûs
Legibus Ætherijs; vel iniquis Ignibus angi,
Is mage spernendus, quàm confutandus habetur;
Quin plures multò effectûs pernicis Olympi,
Queîs Terram, Pelagíque æstûs, atque Aëris auras
Immutant, agitantq; & quidquid inambulat Orbi;
Innumero quàm quot numero sunt sidera Mundi.
An non, cùm migrat sua Castra triangula Phœbus,
Mutantem videas se Tempestatibus Annum?
Quid memorem, si Luciferi Fons aureus Ignis
Deficiat, mediæ summo fulgore Diei,
Semper Magnum aliquem crudeles ire sub vmbras?
Hinc diræ Facies; hinc se diuersa malorum
Monstra mouent; Stygijs Alecto incincta colubris,
Belli agitat caussas, & ouantia cædibus Arma,
Tabificamq; Famem; stimulis insurgit Enyo
Tartareis, Pestemq; trahit; tacitísque nocentes
Fraudibus Insidias; longo queîs agmine circum
Vndique confusis, rapiant, iubet, impete Terras;
Illæ præcipites miserandum protinus omnem
Demergunt lacrimis, & crudo sanguine Mundum.
Quid Maris assiduos dicam crebrescere fluctûs,
Aut reprimi; crescunt quotiens mmuuntq; Bicorni
Lumina siluarum Dominæ; quò noctibus illa

Plenio

Plenior irradiat, pinguem simul ossa medullam
Concipere huberiùs; distendi sanguine venas?
Plus humoris alunt plantę; vel Musculus vdæ
Pendulus ad saxa intumeat; dulci Ostrea fungo
Denseri taceo, multáque madêre saliuâ,
Et salubri, dum Luna, canis quos littera signat,
Humidiore suos percurrit sidere menses.
Si noua crescentis quisquam per tempora Lunæ,
Frondentes alnos, vel cadit robora siluis;
Non duraturas ex illis ducere naues,
Non poterit tignos; carie tineísque dehiscent
Intempestiuè: Sacro quid turbine mentem,
Et tactam furijs? nonne ipsa ad luminis huius
Incrementa, lcui stimulos sub pectore sentit?
Ergo vel hic Lunę tantis virtutibus ignis
Nos monuisse suis poterat, quos cætera motûs
Sidera dent animis; quam spem; quantúmque timoris
Concilient; mores nostris humoribus ipsos,
Humoresq; ipsâ morum vertigine turbant;
Corporis atque Animi tanta est consensio fratrum.
Dicam ea, quę dictis possit conuellere nemo;
Si rabidę calor Ante-Canis; quî corniger Ammon;
Assyrium latus; & septemplicis ostia Nili;
Ac nostri longè afflantur templa vltima Cali;
Mille æstûs iacit occultos, qui pinguibus vrunt
In campis segetes; atque ipsas in vallibus vmbras;
Spiculáque intorquent imos penetrantia montes;
Si febrium quoque ad accessûs, pupuláque rubentes
Subijcunt causam, & totis incendia venis;
Quod si retrogradus Cancer; si Pleiades vdę;
Si ferus Orion; & Hyantis mæsta sororum
Progenies, vix ostensos è fluctibus ignes

Iam nunc emergunt; quin victis omnia ripis
Rura natent, nigrisq; ruant conflagibus imbres:
Denique si cunctis faciem cælestibus vllam
Haud videas spatijs, quę non fulgente deorsum
Contuitu micet, ac Mundi in decliue theatrum
Missilia expergens, varijs affectibus vrat;
An non omnimodis, animo reprehendere nutûs,
Stellarúmque licet genios, & momina rerum,
Quæ capiti inuergunt nostro? non percipis Ignes,
Quos DEVS egregiâ insignes virtute seorsim
Disposuit, pruuisq; vehi concessit habenis,
Corporibus miras Primis defundere vires?
Haud equidem, dum procedunt, quæ diximus antè,
Hoc agimus; NVMEN nodis teneatur vt vllis;
Aut facere, aut quidquam fieri arbitrêre, necessum
Esse DEO; ac SVMMAS dominantis in ænea Fatî
Demus claustra, MANVS: immo, vt sententia nostra est,
Ignibus Ætherijs dat vires, lumina, cursum,
Princeps caussa DEVS; Stellantiaq; agmina Mundi
Æternis regit imperijs; non illa vigorem,
Non morbos; non illa graues Mortalibus iras
Desuper immittunt; non clandestina futuri
Fata mouent, nisi permissu, certáque potentis
Voce DEI, tantis rutilum qui molibus Orbem
Extulit, & Cæli moderatur frena volantis.
Interea tamen ire animo, sublimiáque Æui
Organa, & occultas rerum disquirere caussas
Quemque decet; Cæliq; minas, & noscere vultûs;
Scilicet vt ritè huius monitis, quàm triste parentes
Seruitium ingressi; quàm multis iura Tyrannis,
Permisêre sui, nostríque; amentibus inter
Cùm se consilijs egêre; & prima Virago

Offendit titubans; animæq; repagula rupit
Illa duo, seſe inuoluens, illumq; ruinâ;
Vt tumidi ſileant fluctûs, ventique furentes
Pectoris inflati cedant melioribus auris;
Suppliciter pauidi, ſuſpiriáque ima trahentes,
NVMINIS oremus pacem; ne triſtibus alto
Nubila ſtent nimbis grauida; aut humoribus omne
Præcipitet Cælum; ne lapſi è montibus amnes
Diluuio ſata læta ferant; ipſiſq; uuencos
Cum ſtabulis, pelago æquantes freta lata ſonanti;
Ne pluuioſæ hiemes, inſuetaq; frigora ſulcos,
Arboreoſq; ſatûs populent; aut grandinis ingens
Impetus horrendæ, calamos, pecudeſq; trucidet.
Ne Canis ardores acri flagrantia findant
Arua ſiti; lacrimæq; oculis arentibus ipſos
Deficiant fontes, & inanes vbera Nymphæ.
O importunos vultûs! ô ſidera Gallis
Implacata diu! triſti nos temporis huius
Conditione actos miſerè, & Cæleſtibus iris!
Ergo oculis fletum, & mæſto ſuſpiria cordi
Vera, DEVS, viuumq; animis defige dolorem;
Queis veluti frænis faſtum, petulantiáque vram
Pectora ſupplicijs; ne quos Natalibus hauſi
Humores Genijs, ſacra auſint lædere mentis;
Vt furias, ſcabraque malos vredinis ignes,
Queis noſtræ incendunt nos Infortunia ſtirpis,
Lugubribus ſtillans lacrimis exſtinguere poſſim;
Vt teneámque animi turbantem fluctibus vndam,
Quę naturali inuolunt latè omnia limo.
Cynthia, quæ menſes; curſu qui conficis annos,
Phœbe Pater, veſtróſne mihi ſubducitis Ignes?
An niſi feralem gemini per tegminis vmbram

Luminibus

Luminibus mihi vestra meis licet ora tueri?
Tollite funebris velamen tollite luctûs;
Et Cæli in liquido quales vos Æthere fertis,
Demonstrate mihi; per Olympum, Musa, volantes
Remigio celeri æterno vos nostra sequetur,
Nominis, expergens gremio, præconia vestri,
Quà vos cunque leues Conuexa per ardua currûs
Flectitis alternè, seu Noctis, siue Diëi;
Siue Diem rursus facitis succedere Nocti.
Per tua, Posilio, celerem vestigia cursum
Vsque tenens; nunquam exhaustę fons limpidę lucis,
TOTIVSQVE *anima, & triplicis fax lucida Mundi.*
Maxime Cælicolûm princeps, primordia laudis
Vnde mihi capienda tuę? Mens assidet illi,
Alituum, primo qui spectat tempore Veris,
Diffugia; & vario longos examine tractûs,
Æquore ab Ausonio, leuibus quod nubilat vmbris
Densa coturnicum series, læti æquora ruris
Huberiora sequens, segetem dum ventilet Æstas;
Littoris ille vsquam nitidi proiectus in herbis
Signa recognoscit venientum; actísque per vndas
Circùm oculis, pictę agglomerant longo agmine gentes;
Dum numerat; genus ecce aliud; nimbumq; repentè
Occupat accelerans alius; citò densior instat
Aspectu numerum eripiens, vt calculus exret;
Turba super turbam maior redit vsque Volantum.
Sol iubare immenso radians, mediúsque deorum,
Mundi Oculus, clarâ Cęli stipante caterua;
Vt Rex Scotorum, complura per oppida Regni
Arduus inuehitur; misti Sollemnia circum
Acta Duces; Comitésque equitant; magníq; Barones;
Palmatis ipsum insignem rutilantibus ostro

Fert

Fert ſonipes, ſuluum increpitans ſub dentibus aurum,
Cuî phaleræ illuſtres; magnis bulla aſpera gemmis;
Hinc atque hinc pictæ dependent ſtragula veſtis;
Et Phrygia albentem ſubnectit fibula caudam;
Præcedunt longè Celerum; longéque ſequuntur
Fulgentes galeis Turmæ, & ſublimibus haſtis;
Agminéque in tanto nihil eſt, quod Principis illam
Magnamini Maieſtatem, Regníque Decôra
Non maiora magis, pulchro certamine, reddat;
Túque vehens curru volucri, pulcherrime rerum,
Maxima totius ſubter Conſinia Cæli,
Incedis Superûm ante alios clariſſimus omnes,
Orbis amor; gemmíſque ardes redimitus & auro;
Vnde ſuus rerum-ſummæ, quo viuimus, ignis
Sufficitur, Mundi nodos diffuſus in omnes;
Egregij tres anteëunt, totidémque ſequuntur;
Fatalis graue Conſilium ſplendórque Senatûs;
Vndique denſa micant Cæli ſtationibus altis
Agmina Stellantûm, clarâ quibus aurea luce
Omnia ſignatis numerare ſtipendia flammis,
Ex ineunte ſoles Mundi verſatilis æuo.

In manibus laudes aliæ, iamiamq; ſonandum
Quantâ voce queam; Mundi velut Aula Minoris,
Terrenæ in molis medio fert caldificum Cor;
Vnde animæ ſuus it vigor; in partéſque reuinctus
Spirituum vis alma meat; quo ſanguinis amnes
Fonte cadunt, noſtríque rigant ceu paſcua riuis,
Quantus cuîque modus: Sic tu, Thymbræe, fluentem
Ambroſijs crinem ſolijs, auróque coruſcus,
Sex Ignes inter medius, ſex inter Atlantes,
Qui Cameras Cæli incuruis ceruicibus vrgent,
Inuectus, lumenque ſuum, viréſque decúſque

Omni-

Omnibus impertis, æquabilitate benignus,
Ardorem si laudo tuum, subtilior altę
Viscera qui penetrat Terręę, iuuenémque fugacem,
Renibus in medijs, impacto cominus igne,
Mercuriium sistit; qui lurida suffuris ora
In rutilum micis vertit fulgentibus aurum;
Ecce alias trahor in caussas, cogorq; fateri,
Si tuus vnquam AEthon lucem interiungeret vnam,
Continuò algentem liquescere Aër in vndam,
Imbribus exstillans grauibus; summísque natarent
In scopulis phocę; montes Mauruśia Thelys
Mugilibus subuecta suis inuaderet altos,
Vix iam compositis sese inter, maxima, centris
Corpora Terrarum Solísque expendere cæpi;
Tam magnis totiens superat qui partibus illas;
Quíque vehens nitido circum Mundi ardua curru,
Inferiora sue radio veget omnia lucis,
Singula participans animę, vuíque caloris;
Eniterùm absilio, ac celeri leuis impete Diui,
Mobilibúsque rotis, alio Mens incita motu,
Huberis excedit studij primoribus orsis;
Et rapidos toto miratur pectore cursus.
Namque Hyperionijs quòtiens te frena quadrigis
Induere, ardentésque procul stimulare Iugales
Littore ab Eoo, Titan, Indísque remotis,
Conspicor auricomum radijs, puríque nitentem
Luminibus; mihi Sponsus vti pulcherrimus exis,
Mane nouo thalamum egrediens; cuî plurimus ardet
Ore decor; quem ridentis pellacia formæ,
Gratiáque illustrant; coma diuite fulgurat auro
Interfusa humeris; molles rutilantia circùm
Pallia proijciunt flammas, & muricis ignem;

Illum omnes auidi expectant; tandémque sereno
Exhilarat vemens spectantum lumina vultu;
Auspicibus lucem votis, hilarémque Hymenæum
Turba canit; grato ingeminat vox vndique plausu:
Deinde animi vt prestans Iuuenis, quem fulgidus vrit
Laudis honos, Veneríque puer cęco incitat Igni,
Quadrupedante solùm quatiens rapere impete longè
Curriculi palmam, multis in Millibus, ardet,
Quę stadij hâc, illâ pendentia margine spectant;
Sîccine? sic te Phœbe tuus per cęrula currus
Vsque volans, tantâ raptat vertigine circùm,
Noster vt excußis animus nec competat alis?
Dum Cęli, Sol magne, tuos per quarta ruentes
Æquora Pennipedes canimus; quò feruidus horum
Halitus, vndantéque cauis è naribus ignes
Saturni obterere inuidiam, frigúque poteßint,
Et madidas Triuię moderentur Virginis auras;
Inferiore etenim si curreret orbita cliuo,
Ardoris vi cuncta tui natiua perirent;
Sin magis euectus raperes Saturnia Regna,
Perpetuis Sola torperent arentia brumis:
Tum simul hoc constat; Natalibus vsque renasci
OMNE *tuis, fieríque suum Gignentibus augmen:*
Te nox, te fugiunt tenebrę, nix, nubila, torpor,
Somnia, segnities, timor, Incubus, & Lemurum grex,
Te piger inuitis somnus fugit ociùs alis.
Credo equidem immorerer citiùs, quàm versibus ire
Hunc laudis valeam Oceanum; nec littoris vsquam,
Nec video fundi, tanto vagus ęquore, fines;
Tantáque tot rerum spoliat me copia verbis,
Mens tamen, ô superûm cuî regna illa Ignea parent,
Mens agitat mihi, de florum tot millibus, ornant

Qui caput omne tuum, digitis desumere castis
Vnum, alium, egregios; immortalesq; sorores
His donare tuas: Rutile fax aurea Molis,
Te canere, ast alium nostris ab regibus istis,
Fert animus; qui blandorum pellacibus auris
Vnius, & capti alterius, quos sumptibus Aula,
Ægrè alit; & fisco vicos populantur & vrbes,
Vt palpatorum numerus ditescere possit:
Quíque voluptatum illecebris, & mille fluentem
Emolliti animum vitijs, plus omnibus vnam
Vrbibus extollunt aliquam; nec cetera Regni
Oppida, dispiciunt, Hominis qui gurges Auari
Imperio premat; aut ganeo quis pectine comptus;
Tempore tu quippe vnius fugiente diei,
Omnibus ostendens populis læti omina vultûs,
Vespere felices vmbras, lucemq; precaris
Manè salutarem, ac Terras bonus adspicis omnes:
Ille tuus, (veluti intentus per singula Censor)
Prospiciens oculus, Volucres quam degere vitam,
Et quibus vndanti soleant sub gurgite Matres
Moribus instruere infantem; quo cetera ritu
Sese habeant, partúsque suos Animalia fingant;
Et studia intuitur Generis communia Nostri,
Digna Ephesi lacrimis, Abderitæq; cachinno.
Sed tuus ille Calor genitalibus augmina fibris,
Glisscentésque fouens animas, vt singula Mundi
Temporibus momenta nouet; Boreale tepenti
Exuuium donat Zephyro, nitidísque Napæis;
Vt propiora tui pollentia lumina vultûs
Percipiant omnes, vicibus pro tempore versis,
Irrequieta diê portantem spicula currum
Carceribus Cali nunquam summittis eisdem;

Vtque tuum norit Tellus vbicunq; nitorem,
Nunquam parte Feros iterum ſtabularis in unâ;
Quò varios annus florum diffundat odores
Saltibus in noſtris; alibi Semeleia proles
Dum legit è plenis maturas vitibus vuas;
Arentem findit dum ſæua Canicula terram,
Puluereáſque coquit noſtro ſuper æquore meſſes;
Regnet hiems alibi, glaciéque exaſperet vndam.
Menſibus vt ternis te prata per herbida fundis
Arietis et Tauri, et Iuuenum topiaria fratrum,
Continuò Dryades niuibus canentia mutant
Veſtimenta deę, viridíque ornantur amictu;
Purpureis halant oculati floribus horti,
Arboribuſq; comę trepidant, & gramina cãpis;
In tenerâ Zephyrus blandum ſuſpirat amicâ,
Humidáque ingeminans roſeis fert baſia labris.
Luſcinię, Meruleq; canunt & Acanthide dumi,
Cæruleo excuſſis libratus in Aere pennis,
Matris Acidalię petulans puer ignea neruis
Spicula molitur, tribus inuolitantia Regnis;
Omne adeo genus in terris, hominéſque, ferásque,
Squammigeramque Maris ſobolem, pictaſque volucres
Igne ferit, tactis ìaculans incendia venis.
Sin tuus ardentem ad Cancrum, ſubterq; Leonem
Erigonéſque Canem rabidam, diuerterit Æthon
Scinditur in rimas Tellus; & flore coronat
Cyaneo Cererem ac ſpicis nutantibus, Æſtas;
Deſudans æſtu immodico, feſſúſque laborum,
Maturis falcem ſubiectat meſſor ariſtis;
Iamque leues paſſim trahęæ & voluentia meſſem
Plauſtra vehunt, villas ſurgunt fenilia circum;
Aſſiduus pater ac prudens, quod frugis in annum

Suf-

Sufficiat domui, mense in granaria condit.
Cum tua de Cæli-Medio fax ignea cessit,
Æquilatúsq; Crucis quadrum, quod dissidet Arctis
Irradiat; quà remigio se porrigit ingens
Scorpius, et parilis rutilant examina Libræ,
Phillyriúsque Senex quadrupes, qui fulminat æreus;
Dum ter ab aurata curuarit cornua fronte,
Curua ter explerit niueo Latonia vultu;
Ornatus iam Terra suos, chlamydémque smaragdis,
Et florum interfusam oculis, crinalià que auro
Lucida dissoluit; sed laxe amethystina vestis
Colligit in læuam Pomætia, fertq; tumenti
In gremio, & plenis bene-olentia poma canistris
Languiduli memor Autumni, quem diligit ipsa,
Cuique legit mensis bellaria grata secundis;
Ille racemifero subnexus palmite crinem,
Vndique manantes latices per vimina gerras
Alterno insultans tuditat pede; mellea spumant
Vina lacu; effundunt acinis ius torcula pressis.
Denique si curru pallentia declinasti
Lumina, vbi AEgoceros, & proles Dardana fulget
Fundus-Aquæ; Geminisq; natat de Piscibus alter;
Frigore pingit Hiems, nitidis pro floribus, agros;
Horriduli trepidant Satyri; Siluaniaq; omnis
Turba fugit; tectis pendent glacialibus vndę;
Quique Orithuyan horrentibus abdidit antris,
Excîtus ruit ad riuos, & flatibus amnes
Induit in crustas, Scythiamq; rigoribus vrit;
Dum Laris in medio, generosi ad pocula Bacchi
Vulcanus largè cumulans ramalibus ignem
Luctantes ventos, tempestatemq; fenestris
Obstreperam eludit, per atrocis frigora Brumę.

Finitimum decus, indubij dea temporis index,
Fastorumq; fides, atque anni norma minoris;
Humida cui parent pelagè; per opaca locorum
Per noctísque vias, certo vestigia flexu
Nostra regis; tu pacis amans, tu pronuba somnis
Sed de perpetuâ quid dicam, Cynthia, vultûs
Mobilitate tui? certe dum vertor in omnes
Ancipitis sensûs animi, mens fluctuat æstu;
Si, tamen hisce oculis arces attingere Cæli,
Iudicijq; aciem in tam altas sustollere moles
Vis humana sinat; te corporis esse rotundi,
Immensúmque pilæ veluti consistere in orbem,
Crediderim aspiciens; cuius læuissima fulget
Tota superficies, speculi ceu vitreus vmbo;
Nunc in sublimi radios, nunc parte receptas
Inferiore nitens; & conjugis æmula flammam,
Non alio instabiles fingis tibi lumine vultûs;
Qualis enim vxorem tenuis fortuna, locúsque
Sæpe enim obscurus, melioris luce mariti
Redditur illustris; sic te tuus vndique coniux
Irradiat, frontíque iubar suspendit & auram.
Quæ per se densis mœret confusa tenebris.
Sed quæ clara tuus mittit tibi muncre frater,
Indistincta vis minimè portantur eisdem;
Nam tua quod citius rapiunt te plaustra per orbem
Quàm sua Thymbræum iuuenem, diuersa refulges,
Ille sua vt propiùs tulerit, vel longiùs ora,
Fit enim vt accensis cùm menstrua flamma medullis
Inuigilat rursus, fortunatísque Hymenæum
Cælicolæ votis celebrant; & pectoris omni
Sol ardens studio, membris dare brachia circum
Blanda tuis, in te inhians, tibi depluit i[illegible]

Illa orbis pars vna tui, quę sanguinis Orbem
Deficit hospitium nostri, tota occubet vmbris,
Et tristi lateat Naturę abscondita velo;
Illustri sed uix paullùm discesseris eius
Ab latere, in spatióque breui seiunxeris axes,
Rima micans niueo prastrinxit lumine frontem;
Paullatim iam curuari candentibus arcum,
Sentióque expandi radijs; quò longiùs erres
A fratris temone tui, magis vsque rotunda
Fulgescit lucis species; nec plectilis omnem
Argenti nitidum procudere desinis orbem,
Frontibus aduersis donec longo agmine Cælum
Diuiditis medium; ac pleno tu cernere vultu.
Hoc simul à puncto abcessis, iam circulus ille
Deficitur; niueis sensim turgentia mâlis
Ora obliquantur; cedentia denique retro
Occiduum aduersùs Solem, tibi cornua crescunt
Decrescunt q3 simul; donec te pristinus ardor
Traxit in amplexûs; atque exhilarata vicissim
Flore voluptatis, rursum tua lumina claudis:
Sic te, Diua, vices, sic luminis aura renati,
Et nouitas aterna iuuat; tibi subdita vires
Sacula mutantem tacito Mortalia motu
Percipiunt, obitúsque tuos venerantur & ortûs.
Non quia non semper medio te lumine Phœbus
Participet, sed visa oculos mendacia fallunt,
Dimidium spectare tui queîs possumus orbis,
Quod rectà Terrę, ac pariter superimminet Vndis;
Conspicuúmque homini quantum tibi crescit honoris
Tantum fronte tuâ decedere cernit Olympus;
Quàm magis ad Superos amplo te lumine versas,
Cedere tam nitidum in Terras magis, vsq; videmus:

Fit tamen, & cùm plena quidem toto orbe refulges
Aspiciens Terram, ac proprij teris ardua Cæli;
Hîc vbi te nequeant obductæ pallia nubis
Subtrahere adspectu; tua frons vt candida vertas
In tenebras; mitidique decus spectabile vultûs
Inuoluat triplicis rubigine lamina ferri;
Scilicet oppositò cùm longè ab limite fratrem
Conspicis aduersum lati in stationibus Alti,
Se mediam opponit Tellus, Phœbæáque frontis
Ornamenta tuę, & solitos intercipit ignes.
Iras interea memores, & flebile terris
Pectore inobscurans odium, sub tempus amoris,
Assuêtáq; diem coitûs, cum paruula rimam
Cornua adhuc tenuem ostendunt, Solem inter et Vndas,
Orbis densa tui interdum velaria tendis;
Vt nequeat Phœbus, spissi per tegmina vmbras
Huc inbæ adijcere, & soluto fulgescere luxu;
Ergo mori hunc radijs plebs deficientibus olim
Credidit, aut aliquos aboriri luminis ignes:
Tu quod delinquis, tacito, Dictynna, labori
Discrepat illius; nam te tua lumina sæpe
Deficiunt; fratris radios rarissima carpit
Noxa tui; tum quod lumen te deficit, ipsos
Eripit ornatûs sed Phœbi luce carentis
Effigies, oculos saltem, non exuit ipsum
Fulgure tantillo; tenebras tibi corpore Tellus
Oppositò facit, & solutum fugat ore nitorem,
Quem magnus dat Mundi oculus; tu tegmine contra
Nos ferrugeneo inuoluis, Terramq; triumphas;
Te tua funestat defectio, Solis ab ortu;
Illius occiduum media interuertis honorem;
Te spoliat Tellus, cùm plena, atque æmula fratris,

Cæsariem, totum illustri caput induis auro;
Tu Solem occultas, cùm decrescentia fronti
Cornua solennem nobis vertuntur in vmbram:
Te tuus ille obitus Cælo Terraq; relinquit
Omnibus exutam fraterni rebus amoris;
Quod tu lucis iter media interrumpis, in omnes
Nequaquam Terras, aut Ponti extenditur vndas.
Horribile est istud velum, quod sontibus vmbris
Lumina compressit Iuuenis fulgentia Phœbi,
Is quando Auctorem Stellantis cerneret Aulæ,
Indignos patientem obitûs, ob dira furoris
Flagitia humani; longè præcurritur omnes
Defecti Solis, cunctâ ex ætate, labores,
Qui Terram Æthiopes sulcant Guineidos oræ;
Nilus vbi Indigenûm, noctes percussa diésque
Saxa per exsiliens cataractis, verberat aurem;
Quíque intra ingentis pomœria Cassagâlæ
Eoum pedibus conculcat Nerea siccis,
Compitaq; ingredieus operum ditissima sumptu,
Mille bis & decies solido de marmore pontes,
Atque arces numerat totidem; Quæq; aspera ventis
Et Sola perpetuâ pressant constrata pruina
Noruagiæ gentes; gelidum porrecta sub Axem
Per iuga, Finlandi, quibus ars captare zibellas,
Venatúque vrsos agere, & deglubere martes,
Insignésque alias pretioso tergore fœtes;
Qui super Islandos plaustris labentibus amnes
Lubricus inuehitur, scuticísque euerberat alcem;
Omnes tunc mœstum Solis sensêre dolorem;
Et Natura pati: aut visus, qui condidit illam
Ipse DEVS, *quod diuinæ est insensile menti:*
Illo etiam albentes ostentans tempore vultûs

Luna ſuos, plenum inferiùs fulgebat in orbem,
Diſſitanee poterat tanto eminus interuallo,
Leges per medias, velum prætendere Soli;
Præterea Auroræ dilectis Phœbus ab Indis
Memnonióque ſinu enitens, vndantia lora,
Effundebat equis, proniſque in verbera pendens
Iam Medij cis templa Diè, deperdere lucis
Nil potuerat; nil Luna ſuo ſubducere fratri;
Denique tam ſanctis defigens lumina rebus,
Vno in prodigio intueor miracula mille.
Nam te quid decuit, nitidi pulcherrime Cæli,
Aſtrorumq; decus, poſito deformis honore
Vt venerareris DOMINVM, *niſi deſuper Orbi*
Tot ſcelerum infami vitijs, noua ferre doloris
Signa noui, mortémque tui lugêre PARENTIS,
Inſolito luctûs genere, & feralibus vmbris?
Quid niſi in Inferias, mediæ ſub luce diëi,
Claudere vtrumq; oculum; ne quod Phlegethontides vndæ
Defunctíque æuo viſi exhorreſcere Manes,
Infandum adſpiceres facinus? ſed volnere mentis
Saucius immani, quod tanta iniuria fecit,
Dum probet OMNIPOTENS, NATVRÆ *diſpicis iram.*
Sic rerum quondam leges, æternáque Cæli
Fœdera præteriens, ter in vnius Orbe diëi
Factum iter inſtauras; veheres vel vt vſque rigentem
In Scythiam, decreta loco quæ fata mouebat
Morte ſuper DEVS *Ezechiæ, recidiuáque vitæ*
Stamina, ter quinque amfractûs, vertentibus annis,
Duratura tuos; ceu te veſtigia retro
Ferre coëgiſſet roſeæ Titanidos ignis;
Conſuêto vlteriùs, graduum plus æquora denûm,
Retracti Alipides lævam indignantur habenam;

Ergo

Ergo index paribus qui punctis diuidit horas,
Falsus erat; densis inter nemora alta cupressis
Ire suam retro Dryades mirarier vmbram.
Praterea ingenti Polus irâ flammeus olim
Cùm pro dilectis bellum patraret Ebræis,
Horribiles inter tonitrûs, & fulmina alas
Impete præcipites celeri, quando ignea Mundus
Spicula, & ardentes torqueret glandibus auras,
Fortia Amorrhæi aduersùm tot millia Regis;
Vtque exstirparat gladijs victoribus omnes,
Qui Cæli effugere insidias & tela putarant,
Cùm sanctis Numides te vocibus adiurabat,
Instabilem medio stiterunt tua lumina cursum;
Perq; diem fuit vsque gradu remoratus in vno;
Auxilio Isacidis vt depugnantibus esses;
Ne gentem Efremam proiectis quolibet armis,
Dantem terga fugæ, dubijsque per auia flexûs,
Ad nemora, in montes tentantem commiserans Nox
Fortè latebrosis alarum absconderet vmbris:
At tunc, alterius qui Verticis astra tuentur
Antipodes, nimiùm mirari, vbi, Phœbe, maneres;
Has illi tenebras æternæ pallia noctis
Credere, confusi; nec iam spes amplius Indis
Nec super Hesperijs, orientem è gurgite cano
Conspicere Auroram, vel seri Vesperis ignem;
Quæ cadere interea Aerijs de turribus vmbra,
Non mutare locum; fuerat qui temporis Index,
Bis-sex horarum spatio, nisi fixus in vnâ:
Israëlæ tanta est fiducia Gentis.

BARTASIADOS

De Mundi Creatione.

LIBER QVINTVS.

LAtoidûm currûs, qui Noctem ålterna Diemq́,
Tramite diuerso vehitis, quà Cingulus Orbem
Porrigit obliquum, et magnę patet Orbita lucis
Corripite effusi ſpatia, oppoſitíſque volate
Carceribus, nunc Aurorę, nunc Veſperis oras;
Vt nec-perfecti ſuccreſcens TOTIVS *Æuum*
VNO *veſtra* DIE *reddat Conuerſio maius:*
Vos quoque Bombycię, Pelagi per cærula nantes,
Cærula ſtellantis Pelagi; ſpectare ſub vndis
Siiuuat, ingentem Balænam, Apuáſque minutas,
Et quibus vllum alijs celebratur Piſcibus Æquor,
Sollicitate illum precibus, qui fulgidus omnes
Terráſque, tractúſque Maris, Cælumq́, coruſcat;
Oceani vt virides feſtinet linquere fluctûs;
Sic veſtratis aque ſubter Mare, flectat habenas
In Zephyros, viſens ſolido vos menſe quotannis;

TV verò, PATER OMNIPOTENS, qui turbida, ducto
Æquora compescis, tempestatémque serenas;
Tu, qui vel capitis solo, petulantia, nutu
Ventis ora premis, celerésque intercipis alas;
Tu vasti Rex magne Maris; TV, cuius, in ipsis
Vndarum gremijs, imo de ventre Natantum,
Hami hominem capiunt viuum; mihi suffice nauim,
Velorúmque ducem, & Gemini pia lumina Fratris;
Omnes vt vitem clementi flamine casus,
Percurrens alia ex alijs Maris æquora vasti;
Aut virnantem potiùs, mutę hospita gentis
Lumina scrutari liceat; dare cuspide pugnas;
Te prædâ, vt grauis, & Pelagi circumfluus vndâ,
Carminibus celebrem, rigui prope littoris oras.
Ætheriam Stellis GENITOR, fulgentibus arcem
Nequiquam ornarat; flauentia messibus arua,
Arboribus cliuos, viridantes, gramine, ripas:
Dispulerat frustra Sublimibus Aëra Flammis,
Oceanúmque Solo; nî mox Animalibus Orbem
Implêsset varijs; LVCEM ergo dedicat ISTAM
VIVENTVM auspicijs; Thetidósque in fluctibus albę,
In Stagnísque pigris, Fluuiúmque rapacibus vndis,
Rura per & Saltûs, magnis qui flexibus errant,
Ædificat NANTES, membrísque insibilat auram,
Innumeras fundens species; vt, quidquid in OMNI
Lumina conspiciunt rerum, videatur amaro
Indulsisse Mari, & fontanâ ab origine Nymphis.
Diuerso veluti fulget quod lumine Cælum
Stellas Pontus habet; Lunaéq;, & sidera Solis:
Instar Inanis, ament leuibus quod corpora pennis,
Feruet Hirundinibus; Turdi, Meruleq; sub vndis,

Et degunt aquilę: qualis quę proxima Tellus,
Vuam alit, & florem, indigetat quem Gallus ocellos,
Cumq; rosâ, cucumim; & subtili vredine, tacta
Vexatem vrticam fruticum communia mille,
Nomina mille alia, vt gemini sub gurgite pisces:
Immanes Asini, Tauríque, & grandia Equorum
E pelagis armenta Solum, segetémque sequuntur;
Porculus, & fallax Aries, Vitulásque caninus
Neptuni in stabulis; ludunt per salsa Leones
Æquora; Celi etiam hîc metuens se munit Echinus;
Et suus Vndę Elephas; Potami quem dicimus Hippon,
Et Maris indigena est: quin ipsum in imagine Triton
Fert Hominem; fert mira magis, quà Parrhasis axem
Vrsa humero torquens glaciales despicit agros,
Monstrat Hyperboreis Monachum; & sollemnibus Abbam
In vestimentis quondam Polonia vidit,
Qui Pelago innatus, Pelagi resiliret in vndas.
Diuinis animę ingenijs, quas longius æuum,
Ob res inuentas, memori celebrauit honore,
Cæruleóne Thetis gremio formalia vobis
Instrumenta tulit; modò quæ voluentibus vndis;
In durę modò adhęrentes adspergine cautis,
Tam rerum educit speciê, quàm nomine Pisces?
Qualis Acus; Verua, & Cunci; nónne Æquoris Alas
Tonsoris, Gladiósque alios; Tuditemq;; Iugumq;;
Peniculum; Serras; Calamos, & Cornua præbet?
Tanquam etenim Oceanus, Neptunus, et omnia Proteûs
Portunusq; Pater, quæcunque Tribulibus acta
In tabulas referant; scriptoria diuite thecâ
Arma dedit, Pennas, Atramentíque liquorem,
Et Scalprum: miris gaudet Natura repertis.

Inge

Ingenij vt præstans pictor, modò Adonidis ora,
Molliculásque genas, & pulchri lumen ocelli,
Persequitur ludens; modò capripedis Satyrisci
Hirsutos vultûs, labiásque, & cornua fingit
Nunc sese in monstrum vastis ceruicibus ingens,
Sicanię Polyphemum, altâ vestigia pinu
Tentantem, exercet; gruibus nunc prælia iungit
Cum Pygmæâ acie; triplicem quandóque Chimæram
Igniuomo horribilem victu, variátque polítque,
Haud minùs huc adhibens animum, quàm dulcia pulchræ
Lumina formaret Veneris, multitiáque auro
Fulgida, & artifici vibratos cuspide crines:
Antè omne haud aliter qui pollentissimus æuum
NATVRÆ-GENITOR, manuum monimenta suarum
Tot celebrat formis, vt contemplantia tantam
Rebus in omnigenis mirentur lumina Mentem:
Indicijsq; Homo vt haud dubijs discernere Nantes
Fluctibus in Pelagi possit, cùm TOTIVS istam
Perfecit speciem, varij genus omne sigilli
Pressit imaginibus; nam pars, vt Sepia fellis
Plena nigri; vt Polypus grauidos vitalibus ouis
Vere fauos Pariens; pedibus confinia nacti
Ora premunt; pars ipso oculos in pectore gestant,
Retrogradi vt Cancri; nonnullis brachia desunt,
Et caput, & pinnę; quales sunt Concha, Lepúsque,
Quêis sua in enormem glomerantur corpora massam,
Partibus indistincta suis. Vix abiete multâ,
Roboribúsque vnam tandem mercator Iberus,
Aut Tyrius nauim ædificat; testudinis autem
Vnius ex testâ, Rubris piscator in Vndis,
Committit Pelago lintrem; portúque receptus

Sub-

Suoducit Laris hoſpitio, ſubtúſque moratur,
Quid tibi Cordylas; quid Pelamidúmque ſuarum
Innumera in Pontum ducentes agmina Thynnos,
Qui Regem aduerſùs, gentes quum vicit Eoas,
Audebant aciem; plenáſque tot antè triumphis,
Intrepido magis irrumpebant pectore naues,
Quàm qui pro Tyrię pugnarunt mœnibus vrbis
Pygmalionai iuuenes; quàm Porus in vnum,
In tria quàm fuerit Darîus prælia fortis.
Non memorem à ſtandis Graij quem fluctibus edunt;
Gallorum indigenam Oceani; quíque altiùs ipſis
Attollens ſeſe, liquido ſuper æquore, velis,
Diluuiem intentat ratibus, pontíque refuſi
Proïcit ingentem, è fundo ſpiraminis, vndam,
Quod capitis patet in medio? quas gurgite naues
Fixerit impacto, Manes fermè vrget ad imos.
Horribile ô monſtrum, immenſę vis maxima carnis;
Dentibus armatę, roſtróque immanis acuto,
Balenis metuenda acies! ab imagine vaſis
Quam dixêre Orcam: longo vos corpore Priſtes
Bis centum cubitos, ſerratę ad cuſpidis inſtar
Qneîs os porrigitur, pilus omni in tergore durus,
Quæq; animal paritis! tereti te gibbera dorſo
Bellua; cuî frontis violentos fiſtula ructûs
Protelat longè, & nubes ſuſpirat aquarum;
Quali autem veſtras aliâ tam diſpare gentes,
Balenarum ingens ſoboles, grandeſcere formâ
OMNIPOTENS iuſſit, capitis tamen omnibus vno
Spiramenta loco; quando in ſummatibus vndis
Ludere eas cerno attonitus; mihi Delia quondam
Inſula, & incerto fluitans Anthylia motu;

Vinſ

Visa trahi; tantę Pelagus tremit impete molis;
Ventorum atroces iurarum ſeruere pugnas,
Et verſum rucre Oceanum; ſeſe, intima ſubter
Æquora, dum caudis ſériunt, et edacibus armis.
Qui quondam ignotis habitatum gentibus Orbem
Pertendit petere, & Pelagi contemnere caſus,
Cedentéſque retrò ex oculis, qui prætulit, Arctos
Amiſiſſe duces, lucri quàm vertere vela,
Syrtibus Indorum in magnis, duo iugera fundi
Contegere inſano, vidit, qui corpore poſſent;
Vidit & Auſtrorum in patriâ, Praſſi æquora verſùs,
Mole genus mirùm immodicâ; queîs terga, rotarum
Æquali bigâ ingentûm ſublata rigerent;
Quattuor in medio radijs; quod luminis orbes
Claudit vtrinque duos; radij, craſſamine tanto,
Quanta vides latis prætenſa molaria velis
Brachia verſari, Belgę quùm, præpete ſaxo,
Pollinis in micas terimus frumenta niuentes.
Sed verò aſſiduè genetricis maximus auctor,
Præſidiumq; DEVS Naturę, diſpare tantùm
Non dedit has formâ pecudes, ſed moribus ipſas
Præcipuè, ac ſtudijs ſeſe diſtantibus inter;
Non ſolùm vt tantâ mentes in imagine rerum
Obſtupeant æquè, atque oculi; ſed vt omnis & ætas,
Et manus, & voces, Orbis cùm ſingula laudent,
Artificem extollant operum, Mundíque parentem.
Pars dulces fluuios, ſequitur pars Oceani ſal;
Pars Thetidis gremio ſemel elapſura quotannis
Flumina contendit quę proxima carpere pinnis;
Inuiſens igitur Nerêi duo regna parentis,
Liberiùs vitam geminis alternat in aulis

Heîc

Heîc, dum ſæuit hiems; illic, dum mollior æſtas
Fronde viret. Veluti quondam ciuilibus armis,
Mœnia quos intra clauſos Mars vndique valla
Et tenuit foſſis; Pax, obſidione ſolutâ,
Si fauſtis redit auſpicijs, iuuat ire, locíque
Tot munimentis non expugnabilis arcem
Deſerere, exangues curis, feſſóſque laborum;
Incedunt læti, diſſuêtáque rura pererrant,
Flore coronati vario; fuſíque per herbam,
Corpora deponunt fugientis margine riui;
Delicijſq; diem, & non vno carmine ducunt;
Haud aliter Salmo; timidæq; ad fulmina Thriſſæ;
Et Salar ſtellis varius; Muſtela, Silurus;
Sturco Belgarum; & maculis malam aurea ſeptem
Quę ſeptem viuit ſubter, Muræna, Triones;
Complureſq; alij vtibiles frigentia linquunt
Stagna Maris, molli pingues per Flumina luxu;
Dum Venus vmbroſo nemorum nuda inter odores
Fonte lauat; nymphæq; hilarem per prata hyacinthum
Et ſuaues violas, & lactea lilia carpunt,
Effuſæ crinem Zephyris, ſertíſque reuinctę.
Non tamen aula Nouis tam delitioſa ſub Vndis,
Non dulces epulę; non ſic halantia ripis
Picturatorum fruticum virgulta, comæq;
Herbarum viridis, & gratę è floribus vmbrę,
Pectoribus teneris Patriæ furentur amorem;
At ſibi ceruleos Salſo ſub Marmore fluctibus
Vrnas eſſe volunt, Libitináque antra ſepultis.
Vt pubeſcentis florens iam viribus ætas,
Cuî ſtudium, exemplis vitæ, componere mores,
Diſcereque Italidem Tuſcâ de virgine linguam,

Fla

Flamingus Iuuenis; (Rubicon quà labitur & quà
Eridanus centum præter citò labitur vrbes;
Quóque triumphati Tybris quondam arbiter Orbis,
Romulcum ſemper tumido lauit amne cadauer)
Pergit iter, miſcetq; moras, porróque vagatur
Multa notans, nemorum nymphas, genióſque beati
Indigenas ruris, fluuios, viridaria, Cæli
Temperiem; imprimis hominum verſatile, blandum,
Come, nitens; æuíque domos, & ſigna prioris;
Noctu inter licèt atque diu pellacior omni
Turba voluptatum teneram dulcedine mentem,
Blanditijſq; liget; medios tamen inter amores,
Natalis memor vſque ſoli, memor vſque Penatum,
Cogitat in Belgas; fumumq; ardentiùs optat
Adſpicere vndantem Patrij de culmine tecti.
Sunt graſſatores alij viuuntq; rapinâ,
Et latrocinijs crudeles; littora lambunt
Veſcentes ſpumis alij; pars multa virentem,
Deiectámque vorant ſalſis de cautibus algam;
Pars prædatricis degunt molimine vitæ
Expertes; nec ſe paſtu, ſpolijſq; fatigant
Imbelles; petili; obſtupidi; nec præter aquarum
Libatos latices, ſtomachis, alimenta miniſtrant.
Torrentis murmur pecudum pars ſquammigerarum
Diligit, & celeres vndas; altiſq; cadentem
De ſcopulis amnem; victo qui ſpumeus alueo
In medios ruit horribili celer impete campos,
Omnia perrumpens, ripas, pontéſque reuulſos;
Quem tenent nihil, magni quàm fræna caloris.
Pars in limoſis ſaltem ſtabulatur arcnis,
Deſide perpetuum veluti defixa veterno,
Stagna per, & putri ſtertentem humore lacunam,

Impatiens fluuij, rapidâ qui concitus vndâ
Cæruleæ in gremium properat se condere Matris.
Non secus ac Reges; mens quos inflauit honoris
Imperijq; opibus; pacem, nisi buccina belli,
Anciptésque inter, ducunt stare otia, pugnas:
Contra alij, requiem, Martísque alienâ superbi
Tempora, tam pereunt cupidè, vel vt eminus auram
Si tenuem armorum audierint, horrore tremiscant;
Omnia post- habeant paci, famamq; decúsque;
Ignaui nimis, & sublimę opprobria sortis:
Indigenę pelagi, patrios quis limite fines,
Quis vestram obductis descripsit mœnibus vrbem,
Signauítque domos? Cuius quę vincula legis,
Quę vos religio prohibet capere arma, gradúmque
In pisces inferre alios, ac regna potiri,
Progenies vt nostra facit? nónne arua solemus
Aruis congerere; & siluas adiungere siluis;
Maiorésque domos semper, plurésque parare;
Collibus apricos colles; Maria addere nostro
Vlteriora Mari? alterius si denique fas sit.
Credo equidem, noua moliremur mœnia Mundi.
Squammigerûm gentes, sapiens genus; Intima Nerei
Natalémque Thetin nostrâ quæ vertitis vndâ,
Hîc parere vt liceat, teneramq; educere prolem,
Hostiles extra insidias; quis tempora vates
Opportuna canit? quis vos mandata diémque
Edocet, atque omnes pariter iubet esse paratas?
Longínquum quis monstrat iter, Maris inter abyssos,
Noctes atque dies? quis tot rex millia ducit?
Quę Magnetis acus; nitidique sidera Cæli
Instituunt vestros ignara per æquora cursus?
Haud equidem est alius, RERVM *quàm* CONDITOR *ille;*

Ille

Ille, HOMINVM DIVVMQVE PATER; qui semine nullo,
Quíque sine exemplis, vos inter stagna creauit;
Recti etiam Prauíque animis inscripsit in ipsis
Non-nullam vobis speciem; quorum istud Honesti
Vt fugiant; illud magno sectentur amore.
Sargus adulteriis, & fœdo feruidus igne;
Non in aquis saltem Veneris commercia vulgò
Plurimus exercet; simili sed concitus œstro
Terrigenum in genus, errantes per littora capras
Extremi sequitur veniens ad graminis herbam;
Tam calet vxores cornuti inisse mariti.
At non huîc tali, per vitam Cantharus omnem,
Succubuit culpę, thalami nec vincula rupit;
Ipsi etenim quæ coniugio sociatur, amores
Sola mouet; solo illecebris fit conscia lecti.
Mugil amicitię, fideíque insignis honore,
Coniugis ora sui videat si fortè sub vndis
Iam captiua trahi, persentit pectore luctûs;
Insequiturq; virum lacrimans, lateríque propinquat
Absque metu; & nudis amens infertur arenis,
Threiciæ quales ardentum post fata Suorum
Sese inter medios animis flagrantibus ignes
Iniecêre sinu; gemerent cùm funera passos,
Ducere quòd vitæ tæderet luminis auras.
Quis satis aut dicet; satis aut mirabitur illum
Contemplatorem Cæli; qui vertice recto
Semper in astrorum defigit lumina motûs,
Nullo oculos dignans alio distendere visu?
Non tamen haud humili deceptor callidus arte,
Vitandę famis; inferiùs nam conditus atrâ
Corpus humo, emissi quid nescio visceris ore
Vibrat hians, tectóque capit molimine pisces;

Quippe prehendendis in dulcem fratribus escam,
Non vermis, non hamus ei, non linea desit;
Vt viridis linguam porrectâ cuspide picus
Exertat longè, formicarumq; maniplos
Alliciens fallit: tanta est sollertia vitę.
Dat cuî nomen odor-capitis; quôi corpus in vtrem
Vndique turgescit, cirrísque tagacibus horret,
Ostrea dum captat feruenti Ozæna palato,
Subtiles struit insidias; nam muricis instar
Fert silicem, & testas inter supponit hiantes;
Ostia contrahere vt nequeant, digitósque tenêre
Carcere præclusos: ipsis qui fata ferebant;
Prædatrix etenim fieret sic præda petiti:
Præpetis ingenij, ac tacitę sibi conscia fraudis,
Inq; veternosis laterum Torpedo cauernis
Mortem hiememq; ferens, diro furialia flatu
Spiramenta aperit; tactósque effundit in artûs
Pestiferam mentis requiem, & manabile virus;
Insidians etenim, & fallaci insensilis arte,
Spicula molitur ferabilibus incita ventis;
Nescio quam pestemq; vomit, perniciáque vdę
Sibila contagis; læues ea lapsa sub vndas
Voluitur attactu celeri, nantésque moratur,
Diffundens subitum penetrata per ossa rigorem;
Ollis membra nouus dissoluit inertia torpor,
Eneruósque ac semianimes consistit edentes:
Quin eadem hæc illa est, quę mox, vt faucibus vncum
Sensit inhærentem, aut fixas sibi lædere malas;
Haud facit ipsa quidem, faciunt quod pinguibus hamis
Decepti pisces alij; dum corpore multùm
Iactato, caudísque simul, pinnísque laborant;
Quámque magis sese excutiunt, magis infigunt ur;

At quos docta dolos, occulto lina veneno
Inficit eructans; volat hoc subtilibus actum
Viribus, extremóque legens setacea tractu
Vltima per calami longè internodia transit,
Iné, manum inuehitur; glaciê riget illa repenti;
Piscator stupidus cannam prædámque necantem
Deserit: In somnis veluti cùm languidus horror
Turbanti iucumbit cerebro; Lemuréque cubili
Horribiles sistit propiùs; nos impete rapti,
Sudantes, pressi, trepidi, impulsíque sonorem
Edere vibrissis fugere, ac intendere cursum;
Nunc voce vxorem, nunc natos cîre videmur;
Porrigimus dextram; frustra; nixúque supino
Genua labant; gemitum terror, virésque sepultas
Inuoluens somnus conatum intercipit omnem.
Si pingues Scolopendra dolos, ferrúmque vorarit
Omnia confestim profundit viscera, donec
Implicitum exuerit chalybem; mox deinde resorbens
Singula, naturæ seriémque & munera reddit.
Præcipuę in teneros Vulpes pietatis alumnos,
Cætera fallaces, scelerátisque artibus aptæ;
Veloces Amiæ, quę fauces inter Abydi
Æquore discurrunt, captæ pellacibus escis,
Altiùs insinuant hamum; setásque natantes
Dentibus abradunt; ringit piscator inanis.
Escarum illecebras Mullus, præfixáque ferro
Lina cauet; multa ingeminans nam verbera caudâ,
Occultos epulis nudat captantibus hamos;
Aut angustati labris primoribus oris
Vndique delibat fallacis edulia lini;
Non illum innumeræ fraudes, non esca timentem
Decipiat; vnfritanta est vigilantia cordis.

In medios, veniens si Sepia senserit hostes,
Ad mortémque trahi propiùs, præsentibus vsa
Consilijs, coruos, quod dicunt, fallit hiantes:
Iamiam etenim illabens in retia, currit ad artem,
Quâ solâ horrendos dedicit suspendere Manes;
Eludit piscantum oculos, exitá, petentes
Vitabunda manûs; nigris nam fluctibus aluum
Effundens pelago, fugit atri flumina Ditis:
Hæc, & gentiles toto sunt corpore molli,
Sanguinis expertes: pedibus caput inter & aluo
Ponitur, vt cecini; bis quattuor æquora remis
Velificant, mutuumque vicem dant munia vitæ;
At quibus asperior forma est, ac longior, illas
Ambo pedes magnis sistunt, velut ancore, in vndis;
His it ad ora cibus; fit sex venatio cirris;
Vxori fidus, pelagi per tempora, mas est;
Coniuge percusso, effugium sibi fœmina quærit:
Vndíque complexu, sese inter, brachia iungunt,
Alterius nantes aduersis voltibus alter,
Gaudia dum miscent Veneris; quot mensibus ouæ
Fœmina ceu nigri hærentem vî gluttinis vuam
Ore parit; molli assiduè quam cominus ambit
Masculus afflatu, pereant ne frigore partûs.
O MENTEM CÆLI IMMENSAM, *quæ talia brutis,*
Oceani subter fluctûs, vel vilibus istis,
Seruandíque sui, & sobolis compendia monstrat!
Captiuus veluti, scelerum capitalibus ausis
Multà nocens, propriáque reus, linguísque alienis,
Pectoris afflictu trepidat, certi omnibus horis
Suspectans horam cruciaminis impendentem;
Haud latebras tamen interea per carceris omnes
Mente, oculis, manibus cessat palpantibus ire:

Sic & Aquatilium planis qui dentibus vnus,
Ruminat, egregijs veterum laus prima palatis;
Non etenim Scarus vnduagis nisi vescitur herbis;
Virgati insidias illapsus turbinis, altè
Viminibus caudam inserutur, cedentia sensim
Hæc atque hæc latera experiens, se corpore donec
Toto extricarit; mortísque effugerit vngues:
Quòd si fors illâ efflictim sub sorte gementem,
Infessúmque fugæ studio conspexerit alter;
Dentibus in caudam inuehitur, videásque redemptũ
Ire laborando, dum claustri extraxerit orbe:
Siue trahi socium crudeli senserit vnco,
Carceris ante fores; celeri rapit impete setam
Mordicus, & liquidi subter salis æquore scindit.
Vos Cyclopæis duri mage pectora saxis,
Quêis nullum pietas, fidei queîs cæla prioris
Omnia non possint simulacrum insculpere amoris,
Huc agite ad maria intentas aduertite mentes
Carminibus tranquilla meis; en candida vobis
Tessera amicitiæ, Damones, Pirithoíque;
En Thesea fides; tenet hîc concordia templum.
Quid pluuiæ infantes Apuæ, simul aspera crustis
Venit hiems, pariter densum glomerantur in agmen
Egelidæq; hærent auido per frigora nexu;
Sacra quidem gens hæc Veneri est, sollennia diuæ
Nulla tamen nouit, gemini nec munia sexûs:
Et quòd se pelagi expositam prædonibus esse,
Non ignara mali, meminit; compluribus vna
Millibus instituit molem; quibus ora latronum
Vincere, veliuolósque queat consistere currûs.
Mole operum corbîta graui, spissóque meatu,
Non sic morigerâ sulcat vada salsa carinâ,

Dexteráque inflectit cursum; aut diuersa per vndas
Radit iter læuum, volitans; pelagóque repentè
Vertitur in gyros; aut præterit æmula metas;
Pristis vti, leuibúsque valens lenunculus armis;
Nec præpinguis equus, cuî membris omne torosis
Grandius est filum, & Rheni distentius Herbis,
Sic leuibus circum ambiuij versatur habenis,
Vt Libyæ pullus; vel gramine pastus Iberi:
Illa quoque immani fluctûs quæ corpore torquet
Balænarum longa ambages, laterumq; reflexu
Ardua, & insanis demens sub ponderibus vis,
Haud valeat cursu pisces æquare minores;
Sed modò vel scopulis gemit altùm illisa; vel albis
In breuibus sedet, atque æstu illuctatur arenæ;
Nî bardę anxilium tanto in discrimine præsens
Saxa per, & pelagi fraudes, det Pisciculus dux,
Præmonstrétque vias; positis vix cornibus vnquam
Luna duodecies plenos argentea vultûs
Induerit, quin fortuitò Balæna periret:
Pisciculi, vt gnati pietas, qui lumina cœco
Sufficiens Patri, lentè vestigia ponit,
Declinátque lutum, ac dubij vexamina gressûs;
Vt quamuis oculi, visûs ne commoda desit:
Anguillæ hunc non dißimilem, mihi rettulit olim
Nauita per vitam piscatu exercitus omnem,
Vndarum genetrix, magnis quę mollè lacertis
Vndique complectens totum Terrę alluis Orbem,
Anne aliud quod amicitię par conspicis vllum,
Omnibus in regni circum voluentibus vndis
Arctius, ac tristi magis inuiolabile rixâ,
Quàm sunt Pinna et Pinnophylax? domus vna duobus
Communes epulas, etatis gaudia, curas,

Vltę

Vltimáque in medium moriendi tempora ponit;
Ius illa hoſpitij tribuit; pro parte viciſsim
Iſte ſuâ, curare penum, & venarier eſcas;
Illa etenim in prędam, gemini cùm fornicis ędes
Panderit argento nitidas; dignęq; prehendi
In manibus ſortes; molli ipſam cuſpide tangit,
Indicium faciens, laris vt penetralia claudat;
Mox inter ſeſe lęti veſcuntur adeptis.
Et Spongethero ſic eſt ſua Spongia curę;
Spongia nec ſenſûs expers, nec prędita ſenſu.
Vos quibus elogijs, quali vos carmine ducam,
Nauibus innati nautę; queîs carbaſa, remos.
Cúmque gubernaclo Natura parauerit artem;
Vos hominum ingenijs, armandi, Nautile, nauem
Deditis exemplum, pelagéque per alta regendi;
Noſtri equidem Zephyris pulſi, vel Iapyge currûs,
Per Mare qui volitant, veteris ſi quidquid Ioppes
Portus habet, ſi quidquid habet Tarteſſia Tellus.
Seſe inter mutant velut vno ab limite gentes:
Sîratibus datur extremo ex Atlante remotos
Heſperidum ſuperare ſinûs; ſi littore merces
Ex Arabo aduchere; & Tithanidos vſque Cyambes
A populis ebenum; nuper ſi currere claſſes
Oceani potuêre vias, quà nulla priorum
Fecit iter, facićſque nouas, orientiáque alto
Sidera, & in quadrum rutilis fulgoribus Ignes
Inſpectare nouos; ac fuſcis vertere ab Auſtris,
Albentem in Boream, bis per centena viarum:
Denique circuitum Amphitrites tótius omnem
Si gens auſa fuit, velut vna ſit area Mundus
Abſque interſtitio, atque vllis ſine, peruia, ſeptis;
Muncris hoc omne eſt veſtri; voluentia ponto

Quiſquis

Quisquis tecta dedit primus; seu pectore Typhis
Impauido; siue Æsondes; seu sanguine Beli
Cretus ab antiquo; sæuam quibus æquoris vndam
Vincere, & horribiles potuit contemnere ventos;
Auspicio is vestro, vobis præëuntibus ipsis,
Cærula Nereidum sicco pede regna cucurrit,
Heîc ego, nî magnis Cancellus ducere carmen
Longiùs, admoneat meritis, desistere possem;
Qui furias contra Cæli, Martísque timores
Se munire parat, validamq; extollere molem;
Materiam multo insignem mercabitur auro,
Artificésque manûs, operi instrumenta futuro:
Non lateres iste aut lapides; non commoda quærit
Tigna domo, & ferrum; non cum ferrumine calcem;
Non operæ; & structor; non cæmentarius illi
Depactus pretio; non vsum alicunde rogauit;
Non cepit mercede; bonas tamen occupat ades;
Namque aliqua in longo reperit si littore tecta,
Vnde priùs dominum Capitales cedere Diuæ
Iussissent; huc ingrediens, sibi vindicat illud
Iudice Naturâ proprium quod nullius esset:
Isthoc in diuerticulo (sed dicere cunas
Fortè foret melius) puerilis degitur ætas,
Ingenij verò, ac tandem maturior æui;
Grandius hospitium sequitur, quo deinde per æquor
Fluctuat vndantis pelagi, dum vita superstit.
Quin porrò cessas, Clio, importunior esse?
Cur veluti ad numerum redigis tot in æquore gentes
Si placet, Oceani quem naufraga stagna tremiscunt
Ire DEI *in laudes, & grandia tangere facta,*
Pergeréque vlteriùs; per cepta pusillus eunti
Tiscu[illegible]*culus satis ampla tibi præconia pandet;*

Illus

Illîus monſtrabit opes; monſtrabit honorem;
Qui frænos pelagi, tempeſtatumq; tridentem
Æternis tenet imperijs; en flamina cunctę
Præcipites glomerent animę, claríſque ſonantes
Verſa per excutiant Maria plangoribus alas;
Cymothoe ſimul & Triton ope cominus omni
Aſſiliant, manibúſque ratem communibus ambo
Admixi trudant; ſpumantia gurgite longos
Remigia ingeminent ductîs; paritérque laborem
Sortiti fortes nautę conamina tentent;
Si Remora armatę infixit pollentia naui
Ora manens; velis ipſam remíſque volantem
Tótius in medio conſiſtit claſſis; & vni
Eripit extemplò curſum, ſociáſque triremes;
Ipſe gubernator cunctis, ſtupefactus, habenis
Emicat immiſſis; nec ſe ratis incitat hilum,
Inculcata loco, ſuáque in veſtigia, fixa;
Non ſecus atqua aliqua impacto ſi maxima morſu
Ancora fundaret vigenûm preſſa pedum vi;
Vt fruſtra leuis annoſam pulſauerit Eurus,
Horribiliſque ornum Boreas; quam ſeruida circum
Verbera denſantur Cauri; ſociúſque furenter
Africus inuehitur; nam quot ſublata per auras
Brachia diſtendit; tot ſubter ſtirpibus hæret,
Interfuſa ſolo, tantíſque interrita pugnis:
Quæ virtus, Remora, & tanta fiducia molis,
In coniuratas acies Calíque Maríſque,
In noſtramq; armant operam? quę nam ancora tanta eſt
Illa tua; vt cuncti compulſam viribus Orbis
De ſubito ſiſtat nauim, ſtantémque moretur?
Iam portum ingreſſus, religaram in margine puppim
Extuleramque pedem medius Terraq; Maríſque;

Quan-

Quando ecce vndanti delapsus ab æquore Delphin
Imis increpitat malis, mussátque, sui me
Inmemorem properare aliò, ripásque tenêre:
Parce metu, decus Oceani; simę incluta gentis
Progenies, Delphine; atque istam mitte querelam
Laudi namq; tuę deuoui Carminis huius,
Carminis æquorei finem; salis inter amari
Cęruleos quęcunque sinûs candente refulgent
Corpore squammigerę pecudes; corióque pilisq;
Hirsutę; vel corticibus; vel tegmine duro
Saxi instar silicis; vel solis vndique crustis;
Vel spinis simul inclusę; quibus aspera squallet,
Vel molli queîs nuda cutis est corpore toto;
Vel lęui glabrę exuuio; tibi Regis honores
Sponte ferunt, propriásque Thetis concessit habenas;
Quantum etenim est vitę, vigilans id conficis omne;
Nec somnus, pars dimidię propè mortua vitę,
Soluit membra tibi, aut patitur segnescere mentem;
Tu nostrî, tu nauis amans, vocísque, lyręq;
Tu celerem anteuolas Boream, cursúmque veruti;
Seu fugis ad Terram; Seu te Mare tollis in altum
Triginta magnos faceret spirabilis orbes
Vita tibi, te si in portu, vel littore nunquam
Præcipitem, durę abiiceres Telluris amore;
Tu quondam, cite pisces, eras fida illa carina,
Quę Methymnęum deuexit Arionа Terris:
Huîc satis argenti, satis accumularat honoris
Ausonios inter musæi pollicis aura;
Ergo soli natalis amor, Graiúq; Penates,
More hominum, trahere, et cupidam compellere mentem
Imprudens iam fortè ratem conscenderat aptam
Insidijs, quas dira fames instruxerat auri;

Deinde

Deinde oram Italię linquens, arcęſque Tarenti,
Prouehitur pelago; mox nil Mare præter & auras
Vndíque contuitur quidquam; ſuper æquoris alto
Nil niſi Parrhaſios, quî curſum dirigat, ignes
Nauiculator habet; manus inde latruncula nautę
Exſiliunt; ventíſque ipſis, & fluctibus, (ille
Quos ſolos furere, atque inſurgere poſſe putarat)
Exululant, frendentq; magis; iam corpore Vatis
Deripiunt chlamydem, tunicamquoque; ſingulaq; aurum
Atque auidi argentum ſua per veſtigia luſtrant,
Excutiuntq; ſinûs omnes; nil vota potiti,
(Sic timor ex ſcelere irritat) iam corpus in vndas
Præcipitaturi rapere; & compagimis inter
Luctari tabulas; manibus pedibuſq; renitentem
Iniecisſe ſalo cupidi, in mortęmque dediſſe;
Ille obteſtari lacrimis ſuffuſus obortis,
Incipiénſque ſuper, Iuuenes Nereidos, inquit,
Progenies Nymphę; vos ô qui pectore, & armis
Frangitis Oceanum, nimboſique Aëris iram;
Qui modò tranquillas habitatis in vrbibus ædes;
Planitięque vagabundę modò curritis vndas;
Qui Mundi oppoſitum gelidis Aquilonibus arcem
Suſpicitis; non oro, mihi quod tollitur auri
Pauxillum, vt reddatur; amet me carminis auctor
Cynthius, hoc ſatis eſt; ſi læto Aganippides ore
Annuerint, pede Fortunam victore triumpho:
Vnum ego vos precor, ô Iuuenes; ne ſanguine veſtras
Commaculate manûs; ſacrum ne perdite Vatem;
Sic Meſſeniades incantamenta puellæ,
Fallacemq; ſonum abſtineant; ſic cærula Triton
Sternat aquis; ſic Cymothoë bona temperet æquor;
Illud ſi miſero, precibus, lacrimíſque profuſis,

Impetrare

Impetrare nefas,(ita frons mihi vestra minatur)
Vel sinite hoc saltem,vt pulsati pollice nerui,
Pollice funebri Inferias, Supremáque voci
Plectra meę modulentur; vt omnis Curia Glauci,
Nereidumq́ Chorus me carminis admirantes,
Ac sacris tactæ numeris,mox corporis huius
Triste ministerium subeant,& funera fletu
Littoribus faxint;tumulatíque ossa Poëtę
Floribus vmbrantes, Genium Manésque coronent.
Tange igitur citharœde fides(turba ciulat omnis
Vociferatorum)tange;& nos,ístius auri
Munificas vltra facies,concentibus auge:
Ille,ergo artifici permulcens pectine chordas,
Dulcè canit,numeróque modis delibat ouantes;
Tam suaui Oceanum harmoniâ;tam mollibus auris
Afficit illiciens animos;vt Congrus,& alto
Membra trahens Murœna sinu,vestigia iungant,
Immemores odij;immemores Mugílque Lupúsque;
Furacésque Locusta manûs interita tangat
Pollypodis;tantâ obruerat vi Musica sensûs:
Centurias inter tales,& nomina gentis
Pontigenę,que rapta sonis saltare per vndas;
Vnus erat Delphin,meliùs qui corporis omnes
Explicuit motûs,citharæ propioribus artem
Præsentans modulis,misu euectúsque quieto
Scindit aquam,& molli nauis latus applicat oræ;
Ac tantùm non inuitat,sua terga propinans
Inscendenda viro; bis-ter protruditur ille,
Raptaturq́ foris;bis-ter vestigia retro
Nixatur referens;iterúmque retractus ad vndam,
Oblectans iterum conflictat;denique vires
Haud potis effugere illatas,se piscis in armos

In

Ingerit exſiliens; hîc dulci pondere lætus,
Cæruláque impellens tractu ſtridebat acuto;
Tendere iter rapidis dixiſſes eminus alis,
Vſque adeo leuis eſt Delphino ſarcina vates:
Vectori tamen vſque timet ſcopulóſque latentes,
Aduerſóſque Maris fluctûs; vt tutius illi
Radat iter, ſæpe obiycibus decedit aquarum,
Obſequiturq; Notis, quæreus vbi præpete vatem
Expoſitum in portu, officijs ſoletur amicis.
Interea digitis citharam tractare rotundis,
Nec canere Aonio ceſſabat Leſbius ore;
Omnipotens Cęli, & magni Maris arbiter, inquit
Summe DEVS, qui ſtagna cauis Neptunia quondam
Cuncta ſuis effudiſti, nuuq; repente
Submergi horrendis Terram eluuionibus omnem
Mandaſti, ſcelerum velles cùm ſumere pœnas;
Vnam, quę Patrem Aſſyrium natóſque vehebat,
Exitio nauem eripiens; vt temporis æuo
Venturi æterno, laudem immortalibus illi
Elogijs celebrare tuam; nomenq; decuſq;
Concinere vt poſſent, memores; ô reſpice mitis,
Reſpice me! loculo vndarum, Stygióque pheretro
Vt medius portor; da, deſultorius iſte
Quamlibet effrenis; da puppis reſpiciat te
Caſſa gubernaclo, tuáque in veſtigia pergat
Ire viam, donec Boreà atque horrentibus vndis
Edomitis, tandem Graias pede lętus arenas,
Ingrediar, votíque reus, tibi propria ponam
Hunc animum, hanc vocem, hos digitos, hęc plectra, lyramq;
Ecce autem placida extemplò Cęlum inter et Vndas
Temperies; ſidunt fluctûs, nebulæq; faceſſunt;
Tanta voluptatis verſi ad miracula Venti

Ster-

Sternuntur pelago nantes, atque ora repentè
Auribus immutant, murâ dulcedine capti.
Iámque propinquarant optatę littoris orę;
Se tamen è votis dolwit Delphinus, & altum
Rursus ab OEbalijs repetisset finibus æquor,
Auribus vt dulcem indulgeret longiùs auram;
Ipse suos illinî posthabuisset amores;
Et talem optasset potiùs seruare Poetam,
Quàm sensûs explere suos; florentibus ergo
Ponit humi vatem in violis, lauri inter odores;
Tænara vbi vmbrosus resonat natalia lucus,
Altáque Neptuni è viuo sacraria saxo;
Musæ noster amor; tandem liquentia Nereî
Regna relinquamus, proiectíque horrida Ceti
Guttura cum diuo nunc egrediamur Ionâ;
Ne semper ventos, ne tempestatis & vndę
Iura pauescendum, molles Telluris in herbas
Ferte pedem; nemora inuitant riuíque salubres,
Et passim in lætis volucrum vox mellea dumis:
Eia age, inextincto mea quam mens deperit igni,
Candida Calliope, hanc viridem quin prendimus oram?
Dum mihi pinnatę, tot progeniésque canuntur
Ostriferę; Phorcíque domos & pascua Prothêi
Cernuus intucor; me gloria Pennipotentum
Pænè sui immemorem, celeres dilapsa per auras
Liquerat; & longè pulcherrima fugerat ISTO
RES *memoranda* DIE: *sed carminis alite nostri,*
Præclaris passim resonantes plausibus alas
Cura sequi; nam me, Oceani dum pronus in vndam
Decubui, errantes vitreis in fluctibus vmbra
Altiuolarum auium, crebro monuêre recursu,
Quę sua sit leuitas, quid partes pangere nostræ,

Vos

Vos ergo humentes Cæli quę curritis auras
Impete pennarum impauido; si fortè laboris
Vobis cauſſa mei; ſi gratia Carminis vlla
Huius erit, quod Laurantes vos ducit in oras,
Ne Bartaſiades loca per breuiora Camœnę
Veſtros impediant, Francâ ceu compede, gyros;
Ne quis languenti declinet lumina ſomno,
Noſtra legens; ſi fortè leget; date gutture dulcem
Roſtellíſque ſonum, & varias infringite voces:
Qui tamen antè oculis mecum vigilantibus irę
Caſtra per, & mutę latebroſa ſilentia gentis,
Suſtinuit; ſomno vt ſineret nunc cedere victos,
Ore triumphantum plus millia mille cohortes
Inter inauratas Auium, quę rura querelis,
Aeriósque canunt tractûs, & Naidis vndas.
ÆTHERIVS PHOENIX, *cùm præpetis agmina turbæ*
Extulit in ventos; viuę primordia lucis
Phœnici dedit Aſſyrio; fulgoribus omnem,
Luxuriáque ornans varię tam diuite veſtis;
Vt vel ab extremis Indorum gentibus vſque,
Phazidos ad littus calidę, Titanius Ignis
Pulchrius haud videat quidquam; rutilantibus olli
Pupillis iubar irradiat; capitíſque ſupremo,
Pro criſtâ, nitidum iactat ſe culmine ſidus;
Collum auro effulget; flagrantia murice terga,
Sanguineíſque ebuli baccis, & clara pyropi
Fulguriunt flammis; ſed caudam cæruleus flos
Lumine ſuppleuit virîdi; debentq; Sorores,
Vltima quę digitis deducunt fila ſupinis,
Officium huîc fungi Veneris; noua ſtamina vitæ
Pollice conuerſo trahere; ætatemq; retextam
Vellere moliri aterno, dum flectet habenis

Sol nunquam emeritis, portantes ſæcula currûs.
Quippe vbi curriculum centeſima fecerit æſtas,
Quæq; hiemen comitata ſuam; demum ille ſupremo
Infeſſus flexu ætatis, deponere flammâ
Corpus, auet, moriénſq; hilarem renouare iuuentam
Mox ſurrecturus genitali inuergere buſto
Membra Hyperionij radio recidiua nitoris,
Magnis feſtinat ſollemnibus; inq; virentis
Brachia fert palmæ caſias, & ſacrificum tus;
Cinnamaq; alternis, & nardi miſcet odores;
Vnde, ſalutiferæ ſub prima crepuſcula lucis
Incipit inferias, & ponere Manibus vrnam
Feralemq; rogum &, dulcis cunabula nidi;
Mors vbi concipiat generoſo ex funere vitam;
Hîc ſtat compoſitus, donec bene-olentibus ardor
Frondibus illabens, genetricibus oſſa fauillis
Imminuat, foméſque ſacro iam flammeus igni
Non equidem huic vitam, veteres ſed finiat annos,
Troius interea Iuueni nec deijcit imbres,
Acre nec Aſſyrijs Arcturi ſidera frigus
Saltibus immittunt; Libyam non præterit Auſter;
Captus Hyperboreis Aquilo bacchatur in antris
Circum clauſtra fremens; Zephyris niſi verritur Aer
Parturiente etenim Parcâ, Venus æmula curis,
Et Natura parens, ſollertibus Eilithyuan
Officijs obeunt; naſcentem morte Iuuentum
Excquáſque puerperij vitalibus auris
Vndique permulcent placidè; quin ipſe comantem
Tot violis thalamum, tot delitijs Eois,
Deripiens flauo Phœbus de vertice crinem,
Comminùs incendit; mox hinc ſpirantia flamma
In ſegmenta valet; vietus conſumitur Ales
Nunquam mortalis; longumq; exuritur Æuum;

Atque abeunt artûs, atque oſſibus emicat ignis.
Extemplò cineres animâ gliſcente moueri
Incipiunt; viuumq́ vides ſe gignere vermem;
Deinde ouum; mox egregium veſtire volucrem,
Corpore conceptum proprio; qui fata ducentis
Extulerat luſtris, totidem renouatur in annos;
Ignibus in mediis, animæ ſuus emicat ignis;
Seque immortalem, moriens, in funere reddit;
Ex ſeſe exoritur, leto duce, & auſpice leto;
Ipſe ſibi pater eſt, materq́, & natus, & hæres,
Et nutrix, & alumnus; aguntincendia vitam:
Scilicet Adami, corpúſque animamq́, docemur,
Mortua flagitio, CHRISTI virtute renaſci;
Alteráque hinc reducis fieri primordia vitæ.
Ecce nouum ſublimis iter fert vnicus ales,
Aera per liquidum volitans; comtúmque phalanges
Innumeræ, tam remigio, quàm tegmine veſtis
Multiplici varie, magnóque & corpore paruo
Diſpariles; puncto generatæ temporis omnes.
Acris odoratu, præmuncia Veris Hirundo;
Emicat ante alias; & geſticularia motûs
Agmine dat celeri alarum; nunc impete gyros
Impediens, textúq́ fugas, rurſumq́ retexit;
Directis nunc plana vijs, conamine longo.
Tendit iter; citúſque Noto, volucríque ſagittâ;
Quam nitens dextrâ Turcus læuáque, per auras
Impulit è neruo, quem duxit ad vſque papillam,
Vulnificum digiti chalybem tetigêre ſiniſtræ:
Illa volat, pariterq́ canit, ſimul obuia raptat
Pabula per Cæliſpatium; mox cura remordet,
Arte vbi quàm ſumptu ſtruat ingenioſiùs ædes,
Sedibus in tutis, vt mollis pignora nidi

Educet infantes teneros; fabricantibus ingens
Legitimi exemplare operis; passim ergo volantes
Ore trahit stipulas; terram vehit vnguibus vncis;
Nigrantes onerat liquidis humoribus alas;
Hinc subigit, miscétque tenax quid glutinis instar;
Iam miranda domûs medium pendentis in orbem
Fundamenta iacit; quam nec flagrantior æstus
Traxerit in rimas; turbent nec flamine venti.
Dulcis Alauda suis tirelirîs mitigat iram,
Languentumq́ animos reficit; modulaminis inter
Continui accentum semper se tollere pergit,
Pennarúmque leui pendet per Inania motu;
Inde viam rediens breuibus diû remigat alis;
Interdúmque inhibet; tandem, se præpete lapsu
Ad terram mittit, faciens tamen vsque Camœnis,
Gentili donec valedixit commate Diuis;
Gallica enim vox est, volucrem quo nomine dixi.
Atque adeo hæc Latios renuit transferrier amnes;
Tracta tamen, secum trahit vnam gutture vocem,
Eius que modulos sæpe interfusa figurat.
Fringilli viridem resonant et Acanthides vmbram
Ætheriaq́ canunt Ligurini questibus auræ;
Nil ad Luscíniam; nec pictę cætera gentis
Murmura, mellinijs passim tritulantia miris.
Nam tot in angusto minurit quos gutture flexûs,
Pandere quis posset, teretis ceu pectine rostri
Vibrantes numeros? Philomela disertior omnes
Exuperat Dulci; liquidę seu flumine vocis,
Seu plectri exultent modulis, seu pollicis arte.
Ah quoties volui, quotiens proiectus in vmbrâ
Blandorum nemorum, latices ad fontis amænos,
Mollibus illarum Genijs sociare Camœnas!

Nupera

Nuper a quid memoro? vel nunc nónne assonat aurem
Nescio quę, Philomela meam; plataníque fritillat
Læta super foliis? crispans hinc longiùs auram,
Interualla trahit; nunc altum infringere murmur;
Nunc mediis certare sonis; vel gutturis imo
Infuscare simu modulos arguta laborat;
Mox plexo simul inglomerans spiramine voces
Auia per siluę, nostro in contermina ruri,
Cantibus insignes poscit certamine Diuas.
Passûs inde aliquot, nucis inter garrula frondes,
Æmuláque alterius, numeris insurgit eisdem;
Mox disceptanti similis, primásque petenti,
Chroma ciet, stricti medio quod frigoris esset
Incisis meditata sonis, & murmure surdo.
Iam prior incipiens, diuinas gutture voces
Vocibus implectit, reuolubilibúsque trochæis,
Carminis ingeminat flexûs; sic tota vicîssim
Matutina nouo truêre crepuscula luxu:
Sæpe autem victę tanto precordia motu
Irritata tument, tam flammiger antibus ardet
Inuidię stimulis, vt eodem tempore vocem,
Expirétque animam; sed magnis altera floret
Elogiis, princépsque Chori, cum plausibus, audit;
Delicias hæc manè nouas, multísque recentes
Discipulis docto modulans præit ore figuras:
Post aliquot, suaregna, dies, si vertere sensit
In melius; linguísque leues crispare susurros,
Grandius ingeniis carmen crescentibus aptat,
Versum vbi de versu discat gens parua minutim
Exprimere, artificésque modos imitata reponat;
Nec verò absurdum est, dominę meliora monentis
Sit quale imperium, quámque officiosa iuuentę

Sedulitas: Vos credo equidem Parnaßide Nymphâ
Eſſe ſatas, mellis liquido tantum effluit ore.
Ales ab Ætaûm fluuio; Sturníque ſalaces;
Viua pudicitię ſpecies, fideíque iugalis
Turtur; & in Venerem, nimiùm Paſſerculus acer,
Subuiridis caudam, & duplices plus parte per alas,
Iiſdem, et ventre niuens, Monachiq; indutа cucullum
Pica nigrum; Turdus maturis triſte racemis;
Deliciúmque cibi, Perdix; & cana Palumbes;
Quæq; alitur ficu, nec-non & dulcibus uuis
Ficedula, in Regum quæſita cupædia menſas;
Picus; & humani ſimulator Pſittacus oris,
Aſſyriam venerantur auem; ad vocíſque ſtupeſcunt
Dulci-ſonę harmoniã, et faciem ſpeculantur in auro
Quiſque ſuam, quod cæruleo ſe folgure fundit
Terga per & collum, nitidæq; vmbracula caudę.
Vnguibus, & roſtri bellacibus impiger armis
Miluus, aërios caudâ qui ſtectere curſûs,
Quà vult cunque, poteſt; & cautam tangere ſoller
Perdicem Niſus; ſpatijs prædáque relictis,
Aurai in medio dominum comitantur ouantem;
Et qui Falco ſuâ minor eſt vxore trientem
Quolibet Accipitrum in genere, at robuſtior illâ,
Maioríque animo volucres potis icere prædas:
Buteo, tergeminis Graij quem teſtibus ornant,
Augurij quondam non inteſtabilis auctor;
Corpore Lanius gracili; ſcitæ indole mentis,
Et plumâ perquam egregius; roſtríque pedúmque
Cærulus eſt color; at maculis pulcherrima rectis
Miſcetur pars anterior, nigrantis, & albi;
Tam fluuij adſuetus ſpolijs, quàm viuere terrę:
Vultur, & expaßis vannans Tinnunculus alis;

Plan

Plausibus huc nantes rapidis, mirantur amorem
Alituúmque decus; lentis circùm Agmina gyris!
Multa volant, magnúmque oculis, & corpore toto,
Ostentant animi studium; mox impete sursum
Altiùs elato, Volucrum crebrescere turmas
Vndique conspiciunt puncto vix tempore centum.
His prædatorum, latrocinijq; volantis
Ætherias inter cuneis grassantibus auras
Addit se Gryphus socium; cui lumina densis
Ignea scintillant radijs; rostróque ferocem
Ora Aquilam referunt; pennis albentibus alæ,
Terga colorantur nigris; stant pectora flammâ;
Vncis horrificant vngues; quibus ille per altos
Æthiopum montes, per Nisæósque recessûs,
Fulminat in pingues apros, sæuásque leænas,
In fortésque asinos, & equorum terga furentûm:
Vnguibus his Magnę scrutatur pectora Matris,
His auri prædas agitat; quo deînde reposto
Excelsum pauit in scopulis pendentibus antrum;
Vnde hominum insidias, & sæpe armata repellit
Agmina; ne quas reppererit, populare fodinas
Aussit multa manus; tanto quatit ira dolore
Indignantem animum, contraius fásque, suum nos
Velle pauimentum, atque auri male-tangere venas:
Pugnaci Gryps mactę animo! furiale venenum,
(Illud ab insanis colitur quod Mentibus aurum)
Assere vindicijs; Dardas simul inter & Indos,
Custodes auri Formicæ, lumina tecum
Thesauris nusquam amoueant; vt perdita tandem
Spes anquirendi intereat, studiúmque metalli,
Acre quod imperium dominos exercet in ipsos,
Pestiferum virus! quod nos Plutonis ad vmbram

Vsque adigit; per Matrísque imos (clauſtra horrida leti)
Continuò penetrare locos, laxíſque ruinas
Mortem intentantes ſemper trepidare cauernis;
Inſatiabilibus nobis, quę muncra pleno
Tanta ſinu effundit Tellus; tótque vbera lactis,
Haud ſatis eſſe queunt; artûs diſcerpimus omnes,
Intimáque haurimus crudeli viſcera ferro.
Tu facis; ô ſcelera! vt germanum vendere frater
Suſtineat; natúmque parens; natúſque parentem;
Vt ſocium, ſocius; quin ipſum nupta maritum;
Hic illam vt prodat prętio; Quid vendere nollet
Noſter auaritię Genius, ſpes inter & aurum,
Auri fruſtillo qui noſmet vendimus ipſos?
Soliuaga hinc oritur, nocturnaq; ſecta volantum;
Cornices vetulas, & hiantes reſpice Coruos,
Infamémque toris, & omiſſâ prole, Cuculum,
Matris in incubitu non-Matris; ſaxa colentem,
Ingratáſque Vlulam muſſantem veſpere voces;
Heîc, querulus Bubo, (timuit quem funeris inſtar
Priſca Superſtitio) triſti fert carmine noctem;
Heîc, quibus omne alijs plumâ ſurgente cauatur
Horripilum caput; heîc, oculis pigra Noctua glaucis
Alitibus commune odium, quos inter Inanis
Cærula perſpicui, Sol texere conſpicit orbes;
Heîc, animal quę ſola parit, ſoli vbera lactis,
Diſtortíque oculi; ſoli aſpera dentibus ora;
Implumis, ſerúmque volans rem nomine ſignat.
Muſa quod hinc pennis aliud clangentibus agmen
Conſpicio, iuncis virides & arundine ripas
Linquere, ſublimésque auido petere ardua tractu?
An non quę ſtagnis Volucres, vitreíſque fluentis
Degere amant, paſtúmque freti venantur in algâ?

Ardea

Ardea edax; diro reboat Stellaris hiatu,
Horribilíque oculos ſpectantis imagine terret;
Boſcades hûic generi, Querquedula, Glaucia ſeſe
Penelopéſq; addunt, Mergúſque et ſtridulus Anſer;
Nigris Capra oculis, plumáque in vertice rectâ,
Subuiridíſque alas, & tergum fulua nitore;
Garrula Anas; rapidóq;, minor, dans ſibila plauſu,
En Gauia; ac veſtem glauco reſperſus & atro
Terga per & pennas, ſed pectore Pardalus albo:
Furua Fulix, ſed ruſſa caput; ſoror eius ad æquor
Suêta Caledoniæ, ſaxa inter concaua Baſſi,
Forthea vbi primas aperit latiſſima fauces;
Inter, & Aylſæas ſero ſub ſidere rupes;
Anſer item, his niſi Scotigenum mihi cognitus oris,
Mira auis, & magni dominis huberrima fructûs;
Lautorum imprimis hominum ieiuna voluptas;
Laxat enim, piſcemq; ſapit, quam vulgus halecem;
Nec doctos inter veteri de nomine conſtat;
(Hoc Scoti Belgæq; ſciunt, hæc præda quotannis
Suppeditet quantum lucri,) ſed ad alitis illud
Iam redeo; non, quî volucres more, incubat ouis,
Non; pedis alterius plantâ ſuperimminet ouo;
Vnicum enim parit, & tantâ locat indole nudum
Propter aquas, vt ſublatum nullâ arte reponas.
Nec verſatur humi; quem pullum excluſerit ouo,
Protinus è teſtâ ſalſis illabitur vndis,
Et matrem nans inſequitur; detractáque nido
Mater, & in terram, vt nequeat Maris ora tuêri,
Longiùs expoſita, haud quaquam ſe tollet in auras,
Aut gradietur humi; ſed ſe quaſi mortua, tangi
Ac ferri patitur, donec conſpexerit vndam:
Ruſticulæ reuocant; Trochilíque celerrimus ardor;

Albus

Albus Olor placidę tristes sub tempore mortis
Molliùs emodulans numeros; credenda Pelasgi
Sacris si quondam fidibus cecinêre Poetæ.
Quæq; per hibernos vitreo iam frigore menses
Nidificat, primo paritura in littore fœtum;
Sed quod Opus? non ipse suis quod frangeret armis,
Non imitaretur, ratio cui lumina pandit,
Gnauus homo: quid? tecta colet, nidumq; fouebit?
Ponunt continuò venti, latéque silescunt
Æquora Trinacriam circum, Maleamq; sonantem
Qui ventos etenim, & frænos moderatur aquarum
Prægnantes amat Alcyonas; sobolísque tenellæ
Sollicitant animę; citimos premit vndique fluctûs;
Hos seruat pirata dies, aptátque paronem;
Iam nauim iubet armari mercator, & alto
Festinare viros, Cæli securus & Vndę.
Neptuni interea subter viuaria Lange
Intima pellustrans pelagi, sine pectoris igne
Vastum animal quęrit Balęnam, vt fallacibus intret
Ora per insidijs; dcîn cum molimine sese
Gutturis iniiciat barathro, cordísque supini:
Mordicibus queat humentes diuellere fibras.
Solis in occasi Oceano, cis limitis alti
Æstiuos flexûs, gemmarum diues & auri
Ammeriê, cûi finitimas Castillia gentes
AVREA *continuat; Dariem à faucibus Isthmi*
In mediæ tendit decliuia regna diei
Vertice ab opposito coniuncta est FLORIDA *Tellus*
Proximaq;, Hispano noua quam gens nomine dixit;
Insulæ & hîc multæ; dedit Inuentoribus vna
Famam Spaniolæ; quâ non hîc altera maior;
Rerum terra ferax; Volucri sed nobilis vnâ

Ante alias, quę Terrigenis Cucuîa vocatur;
Ipſa breuis, tenuíque vno vix pollice maior;
Sed verò hîc SVMMÆ effulget ſapientia MENTIS
Conſpicuam in lucem; bifores ſtant fronte pyropi,
Suaunbus illuſtres radijs; è fortibus alæ
Ac duris pennis; quas cùm ſub nocte tetendit,
(Non niſi nocte volat) geminis nitor emicat alis,
Quæ ſunt molliculæ, & iuſtâ plus parte minores;
Stragula hoc ad lumen phrygio regalia pingit,
Et circùm implexo chlamydem prætexit acantho;
Marmorea ille polit facili carcheſia torno,
Aut ebore educit varijs animalia formis;
Hic putat argenti numeros, aut nomina figit
Menſtrua, creſcenti faciens profœnore ſummam;
Hic calamo lævus percurrit terga papyri.
Reſpice Molucas orientis ad æquora Phœbi
Quinque ſitas numero; magnis in amoribus omnes
Oceano, quêis, Solis iter qui Circulus æquat,
Semper-ſublimis; rerum hîc miracula cernes,
Egregias Iunonis aues, quas voce Mamucos
Indigenæ appellant patriâ; miracula cernes,
Si Pelagus, ſi Terra vſquam, ſi viderit Aër
Admirandum omnino aliquid nare, ire, volare;
Illarum nidos; illarum nemo parentes
Cognouit; nec, ſufficiunt quę pabula ventri;
Cærula ſublimes habitant; tamen ipſa volandi
Inſtrumenta carent; atqui intermiſſio curſûs
Nulla prior, quàm continuii am meta laboris
Finiat ætatem, quam nulla reſciuerit ætas:
Heîc caſijs dites, & glauco maccre ſiluas,
Omnigenoque alio fœcundat aromate Phœbus.
Sulfureos Nymphę hîc latices, & flumina viui

Exer-

Excrcent mille argenti; vis vnde nitentis
Maxima concrescit gelidis sub fontibus Auri;
Ætheris hêic etenim calidi, concretáque miscent
Et Maris & Terræ subtilia semina Diui;
At pluris tamen Indigenę, sacri alitis istud,
Cætera quàm faciunt rerum; nam muneris ergò
Vnici ad insignem regali nomine pompam,
Horum qui summâ pollent ditione locorum,
Endoperatori, (Genium cûi Martia nato
Martis Ganda sui, Genijs concessit iniquis,)
Huius quisque modi dono misêre Volucrem.
Thessaliámne, vides, lentè cessantibus alis
Vt superemineat iam crure Ciconia laxo?
Blanditim vt sola despiciat tractúsque liquentes?
Hanc propter, Pelicanus ouans leui agmine gyros
Iam minuit; sensímque simul gratantur humi se;
Illa suos gratâ venerans pietate parentes;
Plusquam iste humano in natos mirandus amore est:
Tu stimulos PATER alme pio sub pectore vertis:
Vt quibus hanc auram, queîs incunabula, & omnes
Debuerat curas, educendíque laborem,
Redderet in senium flexis; nec corpore saltem
Imposito tegit, ac laterum fouet vndíque molli
Adsita complexu; paribus nitentia tendit
Terga ministerijs, & agentes commodat alas;
Quis fame latrantem proprij sub faucibus oris
Defraudans genium, picti per aquaria ruris
Attendit victu, (hoc animis infigite, Nati)
Vt ferat eneruis vitio stabulantibus æui:
Ast hic tantùm amat Idalidis sua munera Diua,
Vt sibi, dum seruet sobolem, præcordia rostro
Perfodiat, largum effundens è pectore rorem;

Occisis,

Occisis etenim, proprio vel sanguine, pullis
Instaurare animam Patrij vis ardet amoris;
Tu, DEVS, hos illi affectûs; nam fortè suorum
Corpora, Serpentis reperit si exanguia morsu;
Cor sibi pertundit fodiens; viui vnda cruoris
Emicat in cæsos; lustralis vt affluit aura
Spiritus aspersis, reducem de funere vitam
Accipiunt; morti extorquet mors patria natos:
Nempe tui hæc illa est, GENITOR, pulcherrima CHRISTI
Symbola; qui seruus fieri; dare brachia vinclis
Sustinuit; nos seruitio quî exire liceret;
Quíque malâ effudit clauis super arbore fixus,
Innocui riuos, per volnera sanguinis omnes,
Letalem anguineæ medicari vt cuspidis ictum,
Et Vitij impressum posset detergere virus;
Quíque immortalis voluit conscíscere mortem,
Vt de mortali immortalem exculperet Adam.
Hos tales tu pectoribus, PATER optime Rerum,
Ingeneras brutis animos; seu frondea degant
Per sola quadrupes; seu ponti in fluctibus errent;
Seu Mundi quati aut celeres per Inania pennas;
Vt minùs extimeant propria discrimina vitæ,
Quàm Soboli metuenda suæ; cedentibus æuo
Omnibus, assiduâ vt generis propagine stirpem
Sufficias, solitúmque Orbis tuëaris honorem,
Per vigiles Patrum curas; sic corda Leonis
Bellaces fodunt stimuli, punctúsque furentem
Spiritus incendit; non blandę ob præmia laudis,
Sed Veneris sibi chara suæ quò pignora seruet
Imbelles catulos, quos venatoria lustris
Extractum paret ire manus; fremit ille, ruítque,
Sauciat, occidit, fortes serit vnguibus iras

Agmi-

Agminis obiecti in medium; quáque impetus instat
Maximus, & densis acies promptissima telis,
Inuehitur; gladios ardens contemnit & arcûs,
Præcipitéſque agras, armillatòſque molossos
Vndique inhærentes; ferri seges aspera tergo
Fluctuat horrescens iaculis; tamen ictibus optat
Mille mori potiùs, quàm tantùm excedere pugnâ;
Nec sua tam sæuo testatur fata dolore,
Cadibus haut vnis moriens; quàm vincla relinqui
Captiuo, indignans, generi, viduóque parentum.
Sic aliqua ex nostris furiatâ mente Lyciſca
Lactentes tuitur natos, & stantibus horrens
Tota pilis, omnem siluis vlulantibus oram
Personat horribilis circùm. Sic marmoris inter
Cærulei fluctûs, animi fax ardet amantis
Æquoreas manifesta canes; quę tormina partûs
Sæpe ferunt eadem; teneræq; ætatis alumnos,
Vt piscatorem effugiant, inhiante receptos
Ore fouent, vteríque locis genitalibus abdunt;
Vnde sub insidias læto sese ordine rursum
Expediunt, latebríſque sui enituntur asyli;
Dilectæ vt dudum, magnâ leuitate, parentis
Ante oculos, liquido lusum sub gurgite rursus
Ire parant; firmum solito viget impete robur;
Progeniem matrix seruat gallina tenellam,
Ceu clypeum obtendens magnis conatibus alas,
Et strepitu furit assultans hominéſque feráſque:
Denique rostello, & sumptâ pro viribus irâ,
Instrepitans tectis, dextram passerculus vrit
Tollentis dulces latebroso è pumice fœtûs.
Ni falsis tactę ludunt me vocibus aures
Haud longè Palamedis aues; geminíque figurâ

Ordinis instituunt cuneos, hærétque grui grus;
Scilicet arma viros, & duri prælia Martis,
Excubiásque docent Vigilum; nam Strymonis vndam,
Et iuga dum linquunt Rhodopeia; belláque Nauis
Æstiuos pugnata dies, pugnatáque noctes,
Intermissa sinunt, & noti ad littoris oras
Se referunt, in castra locis capianda serenis,
Æoliæq; hiemis non obuersantibus iræ;
Agminis ante aciem primi, fortissimus Ales
Ducit iter, densamq; volans duerberat auram;
Ponè alij virtute duo, longísque periti
Belli exercitijs, sat agunt, structísque cohortes
Ordinibus seruire iubent; rostri impete, segnes
Et stimulant monitis; tandem cùm melle a fessa
Labitur in venas curarum incuria somnus;
Illo omni ex numero iussus pro tempore miles
Campestres agit excubias; castra omnia circum
Vltro addens citróque gradum; seu sistere malit,
Sustinet alterutro saxum pede; ne malè cautis
Fortè oculis sopor irrepat; sonitúque calendi
Vt vigilent sensus: obiti mox muneris alter,
Alter item in partes veniunt; sic tótius horas
Noctis agunt, iustísque vices stationibus implent.
Gemmantem plumis volucrem, caputísque rotundi
Sidere conspicuum vario; qui grandè superbis
Passibus incedit, pulchri sibi conscius oris,
Pauonem video Solis dare vela nitori,
Luminaque illustris vibrare sonantia caudæ.
En animi ingentem, & sæuis calcaribus acrem,
Non leuiore mouet tumidus vestigia fastu,
Cristatarum Auium dominus, primordiaq; ales
Qui matutinæ canit exorientia lucis;

Aëris Aústrini, tempestatísque propinquæ,
Aut pluuiæ instantis nequaquam futilis augur;
Agricolis horarum index, monitórque laboris;
Atque adeo indomiti (res est miranda) Leonis
Horrificus terror; pariter surgitq; cubátque
Lumine cum bifori Solis, vicibúsque diei.
Est animal Libyæ in campis; quod dura calenti
Ferramenta liquet stomacho; sed fortibus auras
Surgere in ætherias nequiquam tenderet alis;
His licèt effusos tanto citet impete cursus.
Vt celeri Lybs vectus equâ, conaminis illos
Vllius haud æquet studio; sed & altior omnes
Eminet Æthiopas, vel equorum terga prementes;
Maxima & insequitur procero à vertice moles
Corporis, vnde Aula accipiunt cum Milite plumas.
Fortunate Liber, mihi conscie fortunato
Tot vigilatarum rerum, exhaustíque laborís;
Ne Muscas pudeat, cornutáque Papiliónum
Semina, cumq; Apibus Insectę millia gentis
Mille alia, hac super exponi depicta papyro,
ÆTHERIÆ *monumenta* MANVS; *sub imagine nanq;*
Tam tenui, vis magna subest; immensaq; MENTIS
Gloria DIVINÆ: *nec enim potis vlla nitorem*
Obscurare DEI, *quę res cunque exstitit vsquam,*
Æterni exemplum ARTIFICIS: *quin corporis horum*
Linea, subtilis, SVPREMÆ *insignia præbet*
Plura POTESTATIS, *quàm membrosissima gentis*
Auguimanę moles; pelago quàm tanta natantum
Prodigia, Oceani quamuis stagna altâ sonantis
Exagitent, longámque Marī mergentia nauim
Spiramentis montes iaculentur aquarum.
Si seclum prius egregiam Myrmecidis artem

Ob-

Obſtupuit, qui nauiculam ſculpſiſſet eburnam,
Omnibus exornatam armis, quam parvula poſſet
Exiguis totam muſca occultare ſub alis;
Hęc licèt ingenij in ſpeciem manus æmula magni,
Rê tamen haud ipſâ naualem præbuit vſum;
Attonitis potiùs miremur mentibus ILLVM
ILLVM ritè admiremur, Sapientia cuius
Vnica, tam rigidam, tam paruo in corpore fixit
Vulnifici mucronis acum; tam vocis acutæ
Stridentes ſonitûs; tam flammigerantibus iris
Fulmineam mentem, ac tanti tot lumina ſenſûs.
Ciuibus à Quoquam meliùs quis Publica vidit
Iura dari, quàm Mellificę quæ propria Gentis?
Non qui Orbem circum, iucundi Inſigne Diei
Curriculis rapit æternis, flectítque Iugales
Aſſiduè huc ſemel, ac Terras longè adſpicit omnes;
Vllum alibi intuitur legum melioribus Vrbem
Fundatam auſpicijs; altę cuî maior, et ęquæ
Indolis, expreſſęque ſubeſt rationis imago,
Per Belli, per Pacis opus, non pectoris atrox
Atthila, quos ferro ſparſos capere antra coegit
Enganei latebroſa ſinûs, ſocióſque pericli
Contrahere, ac profugis moliri Gentibus Orbem;
Orbem etenim, non Vrbem habitant; quorum Hadria mœres
Cingit aquis, paſſimq; vias interluit omnes.
Florilegi tantâ capior dulcedine cętûs,
Vt deſiderij mens ſi laxaret habenas,
Albáque tranſmitti pateretur Linea fines,
Obliquem ſpatia egregia latiſſima laudis,
Conſultíque iuvet grauitatem et iura Senatûs;
Mandatas Populo partes, venerandáque Regum
Imperia; et magnam tenui ſub pectore mentem,

Pangere in Aonidum semper florentibus aris:
Sed si nemo fuit, quorum fidentior artis
Veniculus vel prima DEI monumenta figuret,
Qui Paphiæ affectos auderet sumere vultûs,
Quos illa eximij manus incepisset Apellis;
Ausim ego hoc altum conscendere culmen Hymetti,
Tangerèque Ausonio stipatas nectare cellas?
Tu mea, magnanima laudes vt dicere gentis
Musa pares; quas Italiæ quà Mincius errat,
Bis liquido cecinit genialis gutture cycnus,
Pieridum laus prima Chori; quem nulla prioris,
Nulla aduentantis virtus æquauerit æui?
Hoc tamen è spatio mihi non indictus abibit.
Vermiculus, se qui volucrem, tineámque uicissim
Efficit indulgens generi; bis luminis oras
Ingreditur; bis Tartarea subit ostia Lethes;
Post humáque examini commendat pignora vitæ:
Pallentis teneram mori depascere frondem,
Staminâque in neti subtilia vertere stanni,
Et potis irrigui deducere morsibus oris;
Nostrorum nuper veneranda modestia patrum
His nisi vestibat Regum sua corpora textis;
Æui autem istius quo plebs est prodiga fastu,
Vsque adeo eximij tractat male velleris vsum,
Pro nihilo vt putet; (arcanè licèt arida faucem
Vrat sæpe fames) nî lumine fila trilicis
Picturata micent interfulgente metalli;
Istorum nempe alterius; quæ mentibus ignem
Iniiciunt nostris, animantq; in pectore curam,
Quæ non luce sinit, non corda quiescere noctu.
Quòd tuum ad hunc nostro non sit in Carmine nomen,
Ne me, Aquila, immemori, aut animo fecisse maligno,

Sit

Sit tibi persuasum; namque hunc, scio, reddit honorem
Pennatibi, quęque imbriferi secat Aëris oras,
Quem basiliscus habet; vel fumo et noxius æstu
Quem draco serpentes inter, qui sibila diris
Guttura distendunt et viscera quæque venenis;
Quadrupedans veluti siluarum turba leonem;
Quæ pecudésque alto Neptuni in gurgite pascunt,
Peruigilem quo rite solent Delphina vereri:
Nisûs nónne tuos, et viuida robora noui?
Nónne istas oculorum acies, configere Cæli
Precipuum vt possis ne conniuentibus Ignem?
Prima sed illustris veluti fastigia Phœnix
Mollibus irradiat plumis; sic altera nostri.
Aurea tu statues huius pinnacula tecti.
Bosphorium ad littus, Ponti confinibus vndis,
Quei's Phryxæa soror sese, nomęnque reliquit
Æternum, immoriens; altæ prope mœnia Sesti,
(Vnde, sui impatiens; Veneríque audacula blandæ
Consilijs Hero, iuuenis sublimis amanti,
Pro face, prętendit Stygijs funalia flammis;)
Virgo fuit, tam diuitijs, & munere formæ,
Nobilibúsque potens atauis, quàm Sestias illa;
Laude pudicitiæ melior; nam tela puelli
Flammea Cyprigenæ, torta in sese omnia fregit
Pectoris ære sui; pulchríque exercita rebus:
Fortè per vmbrantes multo se robore saltûs,
Per montésque obiens; socijs vestigia iungit
Virginibus, celeréque silens porrò incitat Agras;
Culmina cùm tenuit rupis (quam sentibus omne
Silua tegit; venti assiduo dant flamine circum;
Quam sine nemo metu superet) vidítque gemellas
Innestes Aquilas, bijugi quæ luminis orbes

Solis in aduersi radijs ritè explorabant;
Brachia iam, et collum, et spinę curua mina molli
Vndiq; liuentes stipulâ, pastumq́, repando
Gutture sperantes, captiua membra palumbis,
Vel siluestrem anatem, sapidi vel turturis offam.
Istis de pullus qui formâ insignior, vnum
Surripit, et Zephyri fugiens volat ocyor auris;
Alta timor per saxa viam, pérque invia fecit.
Nil suspectanti:
Vt lupus insidijs mollem qui sustulit agnam,
Pronus abit, timidèque, canes si fortè sequantur,
Respectans seruat limis, atque arrigit aures.
Mox Aquilę ingenium tanto componitur vsu,
Virginis ad nutûs Dominæ, vix tenuia vocis
Sibila vt accipiens, fixos iam tolleret vngues
Pinguibus à prędis, iubet illa, aut innuit ore:
Hic celeri volat obsequio, plausúque remisso
Remigium lentans propiùs, super Indice pugni
Innocuas acies, et mollia crura reponit;
Virgo leui reducis mulcet pręcordia palmâ,
Dulcéque adulantem laudat blandita volucrem,
Et maiore habet in pretio, quàm crinibus aurum
Vndíque quod crispis rutilat; quàm pectoris albi
Gemmantes globulos, roseóque coralia tinctu;
Denique non ipsos duo sidera pluris ocellos
Nympha suos, quàm dilecti facit Alitis æuum:
Sed fatiius ô rigidum! quęque insita vexat
Vsque hominem fera materies! confudit in vnam
Mille voluptatem lacrimas: febris, horrida, febris
Formosę inuasit trepidantes virginis artûs,
Sęua triumpharit gemino quæ funere vitam;
Ecce acies suaa luminibus; bonus ore nitenti

Deiscitur color; ambrosiis quem candida succis
Lilia, miscuerunté rosa; iam pallidus horret
Frontis honos, totóque fugit Venus aurea vultu,
Secum animos lususq; ferens: est Virginis vnus
Atque Aquilę in membris excandescentibus humor
Idem ambos tremor exagitat, paritérque granati
Insolitùm torpent; iures communis vtrique
Lanificas vitæ deuoluere fila sorores.
Sæpe tamen vires superà, morboq; Volucris
Fortiter inuito fugiens per nubila, lectum;
Vix leniq; que ferens sese conamine segnem,
Perdices capit, & merulas, turdósque salubres,
Atque coturnices, dominę queîs posse palatum
Exacui putat, & tristi se soluere nodo;
Nempe alimenta, manus quę Virginis ipsa dedisset,
Antè volubilibus quàm se committere gyris
Ausus erat, subiensque alto per Inania nisu
Versari in prædis, virides iter omne per agros,
Per montésque suum populans, iam reddere lectis
Intendit dapibus, grati dans signa pudoris,
Sed violenta Mali sanies, quod sanguine venas,
Omniáque exhaurit vitalibus ossa medullis,
Virginei dat vindicias in corporis artûs,
Parcarum titulis; Volucri nec longius illud
Quàm tridui spatium: Sesti iam mœnia circum
Insoliti passim lepores; interritus alas
Accipiter quatit, & turres Castri assonat ipsas;
Quos etenim horruerant oculos prædantis, et vngues
Haud metuunt; manet ille toro defixus herili
Assiduè, vitâmque sui iam vuit inanem:
Viuere enim quî sit melius, cuî mellea vitâ
Vita suę, fatis interciperetur acerbis?

Mollior vt leni percurrat ventulus aurâ,
Dilectam tremulis circum modò palpitat alis;
Admotis modò pallenti dat basia rostris;
Aut colli nitidis infusus membra liguſtris,
Tristia lugubri demuſſat murmura linguâ;
Nullam igitur ſæuo requiem, ſpatiumq; dolori
Cùm daret; exemplo attonitos maiore parentes
Queſtibus incendit; magnoſq; in funere luctûs
Exagitat; grauiore ſonant iam pectora planctu.
Heſperij Duplicem, tranſucxerat Herculis Aram
Alipedes ter Apollo ſuos; cùm flumina Virgo
Præterijt, quorum inuiſus nos portitor omnes
Omnibus expectat momentis; pabula ventri
Nec tamen vlla ſuo intereà mœſtiſſimus ales,
Nec ſua permiſit lacrimantia lumina ſomno;
Tantùm ardet, vitam, & ſocios exſtinguere luctûs.
Hæc tamen ipſa nimis cupientem viſa morari,
Eſſe nec ad properam ſatis expedientia mortem;
Ergo ſimul paribus luctuq; & percitus irâ,
Lancinat immani (ô animum!) præcordia roſtro,
Pulmonumq; ſinûs penetrans; nec Fata moueri
Tot iam ſupplicijs, tot mortibus, indignatur.
Intereà albatę pallis feralibus aſſunt
Ante fores, omnemq; aditum chorus ordine longo
Virgineus tenet, æternis cîn tempora circum
Ire chamædaphnen foliȝs, & flore videres;
In manibus tædę; lacrimis nant ora refuſis;
Pectora planguntur palmis; pars corpore prono
Exuuias ſubeunt animę iam celſa tenentis
Sidera; procedit funus; ploratur; & aurę
Vndique miſcentur gemitu; mox ferculo ad ignem
Depoſito, ſacri exequijs properantur honores:

Eccè

Ecce Aquila in medium, laceri penetralia ventris
Pendula, & halanti raptans substilla cruore,
Insequitur; lentisq; obiens sollemnia pennis,
Vnicus exempli; geminum dat funus in vno.
Vix lectum tetigêre faces, fumíque volantes
Prima volubilibus vexêre incendia flammis;
Cùm telo citiùs, quod iens nerui impetus egit,
In busti irrupit gremium, corpusq; cruore
Vndique dimanans claro intermiscuit igni;
Quàm magis iratus, lituo magis vsque volucrem
Sacrificus pellit, tam se magis ingerit altas
Flammarum in fauces; ac iam vix morte potitus
Lugubrè, sed tenui modulo canit intùs Amica;
Mox sua dilectis super ossibus ossa quiescit.
Fortunatę animę! vestros vis mellea Manes
Semper, & Assyrij perfundat copia roris;
Vestra suis myrti suspirent floribus ossa,
Carminéque ex nostro vos nulla reglutinet ætas.

BAR.

BARTASIADOS

De Mundi Creatione

LIBER SEXTVS.

ISta, PEREGRINI, Mundana per oppida, vestrum
Quotquot fertis iter; tamen vt properetis in Vrbem
Lætitijs hilarem æternis, vitáque beatá;
Qui Maria istius turbantia curritis Æui,
Semper anhelantes fidę Stationis amore,
Vnde labor, curaq́; procul, mortísque timores;
Si spectare operis iuuat Amphitheatra superbi;
Quę capiuntq́; sinu magnas Naualia classes;
Splendida si fabricis Armamentaria belli
Atque Triumphales domitis ex hostibus Arcûus;
Ostia si & Portûs; si AEdes; Delubra; Colossos;
Et celebres Equitum Circos; si molibus Arces
Vndique munitas, & Propugnacula Martis
Ingeniosa noui, vario quę plurima luxu,
Mundus habet; dant ISTA viam: fessine sedetis?
Ah, Socij, Æolios nuper qui tangere Fratres,
Qui Thetidos fluctûs potuistis; ast omnia mecum
Fortiter emensos magni discrimina Nereî,

Iam pigeat ſpatij tantillum carpere remis,
Præpetem vt in tuto capiamus littore portum,
Cuius certa mihi haud longè nunc ſigna pateſcunt;
Macti animis, Terram video.

In reliquum, tu, ſumme DEVS, *cape nauis habenas;*
Nam quò littus abeſt propiùs, quò plura timendum;
Caſtalię, citharam, luſtralibus imbuat vndis
Muſa meam; blandáque fides dulcedine ſtipet:
Mitia redde meis Tigridum fera corda furentum,
Carminibus, domitóſque acres mihi dede Leones;
Atque adeo Genus omne animis ſilueſtribus atrox
Ingenitam ponat rabiem, noſtríſque Thaliam,
Confuſum numeris, grato veneretur honore.

Innumeras inter, quas tu PATER *optime, Gentes*
Lucis in hoc condis ſpatio; ſeu paſcere Campis,
Seu per Saxa iubes; Saltûs ſiue inter opacos;
En iam-nunc Elephas, bruti dux ſanguinis alter,
Vix equidem brutus, primum propaginis agmen
Quadrupedantis agit, vel tali hoc munere dignus,
Quòd plures potis ire Viros incinctus, & Arma
Corpore turrito, validumq; facesſere Martem;
Vel quòd tam liquido tollit ſe folgure mentis,
Vt penè ipſa Animi præſtringat lumina noſtri;
Diſcere ei eſt animus, curíſque ingentibus ardet
Voluere præcepta, ac tacitos intendere ſenſus;
Nomen ad auditum Regis, quod nouerit antè,
Ingenioſi aliquod ſpecimen præbebit honoris;
Noctiuagum accendi Lunę ſi ſenſerit ignem,
Lætitiâ fremit, adſpiciens, ac voce ſalutat;
Vritur Idalijs noſtri ſub pectore flammis,
Impatienſq; tegi, blandę pungentibus hæret

In formę ſtimulis, quam deperit; ignibus æger
Ingemit humanis, nymphæq́ fatetur amorem.
Suppetulis flagrans oculis, & ſupplice vultu;
Multáque blanditim faciens, vix qualia ſponſi
Penelopes, Paphiáque aliquis de gente columbus;
Sæpe etiam argutâ (Graijs ſi credere fas eſt)
Scribillans elementa manu, mandauit arenę
Senſa animi, vel ſuggeſtis Epigrammata verbis:
Hoc tamen ingenium, tantæq́ hæc robora molis,
Non monſtrant, vaſri quà naſum Rhinocerotis
Euitare queat, miroq́ à corpore vires;
Hic temerè effreni nunquam certamine ſæuit,
Vanà fruens, fremituq́ leuis prorumpit in arma;
Clàm formatſeſe, atque acuens letalia naris
Spicula, in abſtruſis meditatur prælia ſaxis;
Deînde vbi ſigna mouet, pronuſq́ infertur in hoſtem
Non quâuis petit experiens; nec tuta laceſſit
Ornamenta ferę; non impenetrabile tergus;
Sed magna attentę certum præſentia mentis
Sortitur ſub ventre locum, qui mollibus abdit
Ilia membranis; librato has impete partes
Occupat, ex imoq́ ferens huc dirigit ictûs;
Corpore par equidem longo eſt, ſed cruribus impar,
Quę multò breuiora magis; dilutior illi
Stat luteo color, atque vnę miracula formę.
Aſt oculos Serpens flammiſq́ & ſanguine plenus,
Altáque cæruleis incenſus pectora ſquammis,
Pernicies trahitur ſitientes longa per Indos;
Tergeminâ dentes ſeriê gingiua coronat
Quæq́ ſuos; duo dependent palearia malis
Tinguia ſub mentum, & maculis infecta rubellis;

Os

Os teres ac tenue est, parui adspiraminis instar,
Quà ducunt animas, linguaq; vibrantia crispant
Sibila; nam caudę vires Natura rescripsit;
Hic per se nequiens Elephanti ascendere in armos
Se Dryadum in gremio, patulę tegit arboris vmbrâ,
Peruigil in foliis; vestigiáque omnia Barri
Obseruata legit; propiùs quem fortè ferentem
Impauidos gressûs, leuis assilit, altáque spiris
Membra ligat; mediamq; obiens amplectitur aluum
Ille manu frustra tentat diuellere nodos:
Ergo aliquo insanit nodoso stipite costas,
Aut duri obnixus fricuisse crepidine saxi;
Vt sæuos terat amplexûs, longa ilia circum,
Ceruicésque datos; vix vt super halitus esset;
Hîc aliquot Serpens reliquo de corpore nexûs
Lubricat, immittens pedibus; vinclísque ligare
Iam primos crurum articulos haud segnius instat,
Hoc metuens, miseroque gradum consistit inertem;
Nequiquam interea pugnanti soluere nodos,
Trudentíque manu ambages, caput horridus anguis
Inserit in nares, claudítque meantibus auris
Hinc atque hinc omnes aditûs, vitaq; fenestras:
Sed quid id est? an non perdit sua præmia victor?
Mox etenim ad terram, moriens, it corporeâ vi,
Suffocátque cadens Elephas, qui nexibus ipsum
Interimit foris, & morsu depascitur intùs,
Concaua præclusis lacerans laquearia nasi
Imbricibus; Cadmæa pares victoria reddit;
Scilicet vt Franci plus terna decennia dextras
Incestant gladijs, inteſtiníque duelli
Per sua crudeles grassantur viscera ferro;

Noxæ

Noxę cresçit amor; ſtudijs gliſcentibus iræ,
Perfurit impietas; Virtutíque æmulus Error
Sanguine ciuili patrias contaminat vrbes;
Vos Druidum campi; te Moncontoria Tellus
Immanes teſtor furias, fuſúmque cruorem;
Virgineos raptûs, captiuaq; colla Virorum;
O rabiem! commune patrum ſobolisq; ſepulcrum
Efficitis patriam; res quam-pulcherrima Mundi,
Et confuſa iacent albentes oſſa per agros.
Heî mihi, non teneo lacrimas; ſuſpiriáque imo
Ingeminant prorupta ſinu; Te, Belgica, nuper,
Belgica, te Mundi nuper melioris Ocellum;
Quom quoque te video tot luctibus exſpirantem;
Quis turpes pœnas, ſæuíque libidine Martis,
Infandas ſcelerum facies; quis triſtia durę
Probra necis longo memoret ſemel omnia queſtu?
En noſtri trahor immenſis à fluctibus æui
In mœrorem alium, et, caueam niſi, ferror in altum
Oceani, magnis ærumnę, & mergerer vndis;
Nónne etenim infauſtę nuper ſub mœnibus Hulſti
Occubuit, validę pugnans ante ora cohortis,
Cuî præerat, gnatus? ſed quis? quem Martius Ordo,
Quem lugent Docti, quîs vſquam innotuit, omnes;
Optaram, fateor, talis mihi filius eſſet,
Pro PIETATE, *mori &* PATRIA, *qui ſciret honoris*
Summam eſſe humani; nec erat qui fortiùs illo,
Aut magis, huîc vitam arderet poſtponere laudi;
Longè alium tamen ætatis contingere florem
Dignus erat; quem tot Pallas, tot Muſa peregit
Dotibus inſignem; quem tot diſcrimina belli,
Vidit, & inuidit totiens contemnere Mauors

Vſque

Vsque magis; sed DIVINÆ *Mortalia* MENTI
Consilia, & cupidos, par est, summittere sensûs.
En qui Getulis Origes memorantur in oris,
Ingenio miti pecudes, & corpore pulchro;
Quêis caput est cerui; multo nî grandius esset,
Postulat vt molis ratio; spectabile binis
Corniculis, duo ter digitos non amplius altis,
Vndique molliculis musco, serêque pilorum;
Aures permagnę; collum sublime, terêsque,
Et tenue; erectíque pedes dant alta priores
Pectora, posterior nimiùm pars tota residit,
Partis ad alterius formam, pilus albicat igne;
Pes bouis; & longa accedit vestigia cauda;
Per gracile insignis currit ceu fascia corpus.
En turbator aquę, ac sitiens immane Camelus,
(Vis eadem ambobus, speciésque simillima morum)
Turrigerum aspectant animal, ducis omine læti:
Nec procul hinc animis, & mole superbus opimâ
Incedit Taurus; patiensq; laboris Asellus,
Sed vi, sed baculis, sensûs planè impos acuti,
Humorum plenus, spissò qui frigore tardant,
Et callum obducunt, renes ac postera versùs
Præcipuè, loca cæruleæ natalia bilis;
Nónne vides Phœbi æthiopem, quanto impete certet
Eripere huîc oculos misero; nî palpebra velis
Muniat, & longę propugnent ictibus aures?
En pauidi genus ingenij, se traijcit ignes
Fœmina, rudentem accipiens hoc tramite pullum.
Qui curas hominum, & magnę sollemnia mentis
Acribus æquiparens animis, & corpore dextro
Fortis Equus, seu nos Pacis, seu munera Mærtis

Solli-

Sollicitant, operis cumulat felicibus omnes:
Per se laudis amans, & belli asperrimus armis;
Quíque ipsum imperio docuit parêre magistri,
Qui domitumq; domi pascit, ceu gratus, amore
Prosequitur longo, qui vel post funera duret;
Quíque alacer docte seruat moderamina vocis;
Est qui sessoris vacuus, neque tactus habenis,
Sponte suâ, se tollit humo; leuis assilit auras;
Molliaq; agglomerans tereti pede crura reponit;
Nunc spatia aduerso, nunc flexo limite in orbem
Cernuus excurrit; celeri nunc corpore gyros
Implicat, angustísque rotans se versat arenis;
Notum hominem à tergo insequitur, ludítq; fremítq;
Haud ducente aliquo; genibus cadit ille remissis
Ad terram, dominus quotiens ascendit in armos;
Ille pedum excussu volucres præuerteret Euros,
Stantiáque intacta Cereris per farra volaret,
Vel Mare per liquidum, summis suspensus in vndis
Ferret iter, celeres nec tingeret aquore plantas.
En aliâ in turbâ Leporem, Quíque abditur antris
Subter humum, memori neuter quid corde ferentes
Mentem extra pauidam semper, plantásque fugaces;
Arma etenim haud alia: En pestem turionibus Hircum
Langeríque ducem pecoris; cœnóque volutum
Terga Suem: En celeri certantem cursibus Austro
Alipedem Cernum; capitis cui silua quotannis
Sponte cadit; primíque dolens id tempore Veris
Delitet extillans lacrimis, plenúsque pudoris,
Turpiter abiectis ceu bello effugerit armis;
Ordine porrecto Ceruos Maria alta secantes,
Séque intermixtos, quanta est spectare voluptas?

Ille

Ille aliquis princeps venientem diuidit vndam;
Pòst alius subit, ac tergo præëuntis inhæret,
Pectoréque incumbens media, & ceruicibus altis;
Sic alij longo atque alij sese agmine iungunt;
Dêinde fatiscentis primi partésque locúmque;
Postremus capit, & tumidum ruit obuius æquor;
Scilicet in populo ius Libertatis habente,
Haud quisquam Imperij floreſcit honoribus vnus,
Aut semper patriæ curâ distenditur vrbis;
Commissos postquam obtinuit pro tempore fasces,
Ponit onus, spinis hominem quod mollibus vrit.
Vtilitate alias superans Canis eminet omni
Ex numero, & mentis pecudes præuortitur æstu,
Militiæ, seruándsque domi; struit intus herilem
Captiuis mensam dapibus, nigráque ferinâ;
Callidus aucupij, & circum catus hiscere siluas;
Perpetuæ exemplum fidei; trepidatio cautis
Certa lupis; furúmque lues metuenda timori.
Ventorum vates, tempestatísque Siurus
Signa sciens, Cæli quamuis ne viderit auras,
En Laris obthurat latebram; quâ parte, sonantes
Iam nunc assilient animæ, nemorúmque fragores;
Quod superest, reliquo seruit pro tegmine cauda.
Simius en ludos hominem facit, incitáque audet
Missilia excipere; & coricis spicula tortis
Conijcere, ac nudo strepiti dare murmura rictu,
Clunibus insanùm fœdis; Sub temporis horas
Menstrua soluentis, turgescit fœdiùs vxor;
Alterum huic geminum genus, acre volubile, blandum,
Caudatum, pulcrum, non vnius omne coloris;
Brachia quod collo dominæ, quod basia malis
Ingerit, & scitos paruo dat corpore lusus;

Haud

Haud lon góque aliquem ſinit indulgêre dolori.
En triplicem tibi Muſtelam; quæq́ alba per Alpes
Nobilibus bicolor maculis, non ſuſtineat ſe
Conſpurcare luto; quæq́ algida rura Scytharum
Mollibus exuuijs celebrat; quæq́, Anglia, mures
Dente tuos, quibus innumeris ederêre, trucidat.
En conſuta dolis Vulpecula, texere fraudes
Miris ſuêta modis, quas non mea Muſa retexet.
Hem tibi progenies, noſtris vix fellibus impar,
Muris-Odorati; cuî ventris mollia ſubter
Spiſſeſcit ſudor, quem vel Tarnaßia longè
Saxa ſuper, mille inſidijs trans mille Profundi
Æquora venalem, precioſæ comparat Aulæ
Luxuries, Veneriſq́ nepos his fumigat auris.
Anceps vitæ animal, Ponti propè littora Fibrum
Morſibus horribilem, intue or; quem turba triformi
Sacra dea, falſos cogit ſibi radere teſtes,
Anxium, anhelantem, fugientiq́ impete laſſum;
Callidè enim callet, ſibi cauſſam hos eſſe timoris.
En aliâ hac de parte, ſuis Erinaceus armis
Seſe operit totum, patriæ per frondea ſiluæ
Venantum ſimul audierit veſtigia turbæ,
Implicitis mento pedibus, cunctoq́ rotundus
Corpore, per terram erectis inuoluitur haſtis.
En mirum nimis, atque adeo ſpectabile Phœbo
Murius haud aliud; ſi non niſi veſcitur aurâ,
Aſſimulatq́ ipſos, qui ſe tetigêre, colores,
Hoc animal, modulo referens, formaq́ lacertam.
Crura tamen ſunt alta magis; ceu piſcibus, imo
Se dorſi-ſpinâ & coſtâ ſub ventre coercent;
Roſtrum illi oblongum, et longâ quaſi cuſpide cauda
Flectitur in ſpiram, lento, teſtudinis inſtar

Tarda mouet gressu vestîgia; grandibus vncis
Incuruati vngues; cutis aspera; fundus ocellis
Pressior inferiùs; color his, qui corporis; vnquam
Nec clausos videas; nec eos pro parte mouebit;
Interdum totos celeri rotat agmine in orbem,
Semper hians; ideóque nihil nisi ducere ventos
Tradíderunt Veteres; at nostri industria secli
Comperit, insectis, aliisque animalibus vti
Exiguis; nam sempedis iacit impete linguam
Tam celeri, vt iures tenso torquerier arcu;
Nodus in extremâ, crebris, ceu spongia, caulis,
Hoc rapit, & sobrio summittit edulia ventri;
Quo virides escam capiunt molimine pici,
Et Cæli inspector pulchro qui nomine piscis.
Væ mihi conglaciat subter præcordia sanguis,
Frigoréque inualidum subito, suspiria pectus
Ægra trahit; tremulis sæuus fremit ossibus horror;
Mens animi turbata fugit; stant vertice crines;
Excidit ore color; segnésque illapsa repentè
Intra oculos natat infensæ ferà mortis imago:
Quis nam etenim, quis non animo perterritus omni
Vndique tot crudos circum se cernere rictûs
Sustineat; nunc quot pecudum mihi circulus adstat
Pectoris ardentûm rabiê, quæ sanguine nostro;
Æterníque odij pepigerunt fœdere bellum,
Vt nobis vitam eripiant; terráque potiti
Regna gerant? solas sitiunt ora aspera cædes:
Non ipse Alcides; non clarę Auriga diei,
Cynthius arcitenens, tot præpetis antra veneni
Immotis valeant oculis, & corde, tuêri;
Fixerat hic Pythona licèt; letalibus ille
Capitibus horribilem centum interfecerit Hydram;

Fulmincumq; altis Erymanthi in ſaltibus aprum
Contuderit, Terræ monſtris luctatus, & Vndę.
Brachia quę tantis hominem pollentia neruis,
Quæ tam ſubtilis defendere machina poſſet,
Nilia cum aduerſus quadrupes, in flumine magnos
Quod ſequitur piſces; noſtramq; per arida gentem
Sternit humi, vaſto infandum crudele barathro.
Quis foret immenſi fugere irrequieta Draconis
Ora modus; qui tota ruens inuadere morſu
Caſtra Latinorum; & ſtantem fuit auſus in armis
Stare aciem contra; quem mille volumina molis
Lubrica verſantem petŭt tot Regulus olim
Miſsilibus telis, & agentibus ærea baliſtis,
Impete fulmineo poterant quæ ſternere muros
In Naſamoniacis dominæ regionibus Vrbis?
Qui thorax; quod conſilium, à flammantibus vſquam
Defendat ſtimulis, agitur quibus Aſpis in iram?
Per valles etenim, perq; inuia culmina præceps
Fertur humi; cæſaq; furens reperire laborat
Coniugis actorem; multis quem millibus vnum
Eligere, & certo impatiens non figere morſu;
Sæpe feri in mediò ſortitur comminus hoſtem:
Quis Telamoniadę clypeus; Vulcaniaq; arma
Infandam eualeant Baſiliſci auertere peſtem?
Cuius anhelanti ſolidiſsima ſpiritus ore
Marmora perfringit; Stygię qui vallis ad vmbras
Lumine Mortales adigit, iaculíſque venenis:
Tres animal palmos longum, cuî corpore toto
Purpureùm cutis erubuit; caput artat acumen
Heîc vbi tergemino circumſtant ordine pinnę,
Subleſtis albę maculis; hinc fama volauit,
Naturę manibus, Graięque ob origine vocis

Eſſe

Esse coronatum Serpentia in agmina regem;
Irrepit pro parte solo; nam pectoris altè
Prima veget; reliquo fertur per inhospita tractu:
Si, DEVS, Ætherij diffundere fornicis orbes,
Et nostri caussâ generis, consistere Terras,
Tantáque totius placuit palatia Mundi
Exstruere; heu! cur tot pecudes tam immanibus iris,
Ædificas HODLE; *quæ non nisi tristibus istam*
Horrentem spinis, natæ sunt mergere vitam
Maiore exitij cumulo? nè, patruus esses,
Non Pater, ex nostris caperes si gaudia damnis.
Vipereúmne tibi virus; Scytalenq; creare
Peste venenatâ grauidam? quæ tardior ipsa
Eminus insidias oculis, remorante colorum
Illicio struit; exiguis nitor vndique squammis
Melinus aurescit; medij per gibbera dorsi
A capite in caudam, se linea cærula tendit:
An, cuius putridum sequitur de vulnere tuber
Et veluti hydropis turgescens corpus ab vndâ
Labitur in partes; donec qui perpete somno
Obrutus à morsu, morti concessit ocellos,
Condere funestum Cenchrin? placuitq; Ceraste
Iisdem illis furiare malis? si cornua saltem
Decipiendo auium generi, veterator haberet!
Cis cubitum est longus, nigrique coloris amictu;
Morsum eius mors ponè subit; vim vipera qualem,
Qualem Cenchris habet, miseræ cruciamina vitæ.
An tu fumanti tristem fœtore Chelydron,
Perniciem in nostram? ante alios asperrimus omnes
Tergoris hic corio rigidi; squamma horrida rauis
Membra tegit crustis; tres longos circuter aquat
Forma pedes; habituque tumet carnosus obeso:

An, quâ mortalem iaculatur Scorpius ictum,
Cauda voluptati est? ten' Dipsados arida nigræ
Ora iuuant? tamen has diris pollêre venenis
Conspicimus pestes, hominúmque exstinguere vitam.
O veniam! DEVS, ô veniam non-iusta querenti!
Tu nullo vnquam etenim in vitio; nulla inuida nobis
Culpa tua est, quę principii fœlicibus auris
Obstrepuit; nostra est, est nostra superbia tanti
Caussa mali; meritíque agimur pro crimine pœnis;
Nostra (heu!) ambitio primi natalibus æui
Ancipitem împleuit discriminis Amphisbænam:
Te priùs aduersùm quàm fidentissimus Adam
Gustasset vetitos stimulante cupidine fructûs,
Rerum sceptra tenens Edenis regnabat in Hortis;
Infames nec fronte notas, nec fœda timoris
Puncta ferens nunc vt turpi litus ora veneno est.
Immanes feritate animi, furialiáque OEthę
Semina, indomitas olli summittere mentes,
Sponte suâ; vocíque vltro parêre iubentis;
Acer qualis equus fingendo factus ad vnguem,
Et verbo, & virgæ obsequitur, dextræq; magistri;
Nil proprio quidquam arbitrio, sed pronus habenis:
Atque adeo veluti iam nostrę obliuia culpę
Cepisses; primę voluisti lumina mentis
Haud tota exstingui; templo sed pectoris intus
Reliquias fulgêre animi; quò terga ferarum
Conculcare solis victricibus omnia posset.
Tot de creaturis; quas vel Iouis inter aprici
Cærula, remigio niti; vel nare per vndas;
Vel passim heîc lætâ versari in graminis herbâ,
Conspic[illegible]: duros aliis DEVS indidit vngues,
Ro[illegible]úmque aciem, cruentibus illa venenis;

Illa

Illa nec aturis armauit dentibus ora;
Bellatrix ſolido valet iſtis vngula cornu;
Plurima, ceu ſilicum cruſtis, data tegmine circum
Aſpera pars ſquammis; pars impenetrabile teſt
Tergus habet; rigidis quædam thoracibus aptę;
Loricis alię Oceani tolerare furorem,
Graſſantéſque valent inimicûm ſiſtere vires:
Aſt hominem ætherias nudum ſummiſit in auras;
Iſtorúmque loco armorum, ſub pectore lucet
Ingenij præſtantem animum; quem ſola veterni
Corrumpat glacies; illud nî copia rerum,
Difficiléſque vię, & varij fortuna laboris
Sæpius exploret, quantum virtutis in ipſo;
Nî parte aduerſos omni depugnet in hoſtes,
Tam petere ardeſcens, quàm vim vitare minantem.
Quid ſua Miloni neruoſis tanta lacertis
Robora prodeſſent, humeríſque valentia latis,
Si modò, quod vulgi faceret de nomine quidam,
Tollat onus? Quę ſpes apŭ? quis laureus orbis,
Quę pini aut oleę pugnacem prędia frontem
Impediant? populus merito quis plaudat honorì,
Nî contrâ ingreditur grauis Aduerſarius alter,
Pulueris in medium dubŭ; qui pectora magnę
Conſcia virtuti paribus truculentus in armis
Fortiter invadens ſimili virtute refellat?
Prudens nónne animus diſcrimine fulget in ipſo?
An non obſtantis per mille pericula leti
Graſſatur virtus, férque ipſâ à morte coronam?
Qui fortes vicêre viros, his inclytus vſque
Creſcit honos; facilem ſequitur vix gloria palmam.
Nec modò, TOTIVS-GENITOR, ſub pectore flammas
Fixiſti ætherias homini; quo lumine tanta

Declinare queat minitantes funera pestes;
Caussâ etenim ipsius, dirum Serpentibus ignem
Iniicis æternæ ardentem feruoribus iræ,
Mutuum in exitium; quin multos antè paraſti
Ex alienigenis capitales gentibus hoſtes,
Vis ageret quos nulla prior, vel cauſſa nocendi:
Tu facis, OMNIPOTENS, parituram vt noxia matrem
Vipera naſcendo perimat (ſi Numina quot ſunt
Caſtaliæ, totidem inſcripſit qui Nomina Libris,
Complureſque alij Veteres, hæc talia verè)
Futá tuo, DEVS, inſtinctu, ferus inguina prolis
Scorpius vt figat propriæ, ſitiatq; cruorem
Improbus agnatum & peſtem voret altera peſtis;
Qui patrios aliqua morſus effugit, & iram,
Vindicet vt patrio fraternos ſanguine Manes:
Corpora vel ſolo Serpentum noxia viſu
Vt necet, arcanis Muſtelam viribus imples;
Quiſimul attacti valido ſenſêre veneno,
Conuerſi furere; & fecit quod vulnera virus
Impetere, ac ſecum certant ſimul abdere leto.
Tu Mundi-PATER alme, iubes, vt cultus in oris
Ichneumon quondam Iſiacis, Ægyptia circùm
Rura vagabundis reddat purgata venenis;
Et præſens tulerit quoties diſcriminis vſus,
Viribus haud ſeſe potiùs, quàm vindicet æſtu;
Ichneumon noſtram alludens in imagine fellem,
Longior, atque habili meliùs ſe corpore verſat;
More lupi pilus aſperior, ſæpe æmulus album,
Murinus, aut flauo ſimilis; roſtri ora nigrantis
Viuerram referunt, barbæ modò germina deſint?
Membranis aures breuibus, fermeq; rotundis;
Pes crurum tenus eſt ater, quinóſque refigit

Poſterior

Posterior digitos; dentes & lingula, fellis;
Longa magis cauda est; genitalis vomere fundi
Femina vírque pares; animantum turba minorum
Vt rana, mures, vigilis sua gaudia galli;
Quin ipsum genus omne auium, (quòd præpete corpus
Diffugio rapit) hûic facilis fit præda petenti;
Impete tam celeri, & tantâ valet indole mentis.
Vt qui proscriptis inimicum prouocat armis,
Vltimáque affixit capitalis fulmina pugnæ
Iam certas meditans plagas, vestigiáque arte
Constituens, ferro se totum impensius ornat;
Impete ne obliquo manus aduersaria turbet,
Deiciatq; flatu; vel nudam in corpore spectans,
Partem aliquam, dum prima furit certaminis ira
Hanc partem petat; huc rigidæ det cuspidis ictûs,
Non secus Ichneumon in pingui mollia cœno
Membra volutatus, coriúmque vlgine densâ
Vuidus intensum ad Solis iubar apricatur;
Sæpius hoc repetit factum; satis arida donec
Armorum hæc species vincendo induruit hosti;
Corporis illo igitur tandem munimine fretus,
Distortum Serpentem oculos iam cominus ambit,
Directóque ruens spirantis in ore veneni;
Fortiter immittit sese: furit incita contrà
Aspidis horrendæ rabies geminantia flammis
Arma Hyperionijs, nisu perfringere vano.
Idem hic Niligenam vinci non posse Tyrannum
Marte suo, prudens, cùm non agnoscere nolit,
Se Regaliolus socium; communiáque hostem
Facta necant; cùm limosi prope gurgitis vndam
Sese vbi seponat, quærens diuergia, somno;
Illa Paratonijs grassatrix bellua ripis,

Preſsit humum; iſte in fauces ſtertentis apertas
Inuolat, & vacuâ horrendi manet oris in aulâ
Se circum ſpiciens; dentes hęrentibus albos
Reliquijs, terget; mollíque hoc guttura ſenſu
Intima titillat: donec dulcedine blandę
Victa voluptatis, patulo laxarit hiatu
Ora magis; tunc ecce mouens, vel arundinis inſtar
Irruit Ichneumon, Parthi quam torſerit arcu
Docta manus; pecudis nigram delapſus in aluum,
Pinguia conuulſis depaſcitur ilia fibris,
Horribilémque animam monſtri diffundit edacis,
Quod ſeptem gemini exſaturant vix fluminis vndę.
Ipſa venena nigris dirùm liuentia guttis
Nónne malum magno perimit certamine virus,
Arte hominum? reddunt amiſſum Aconita vigorem
Quin ſubitam víncens Ratio parientia mortem,
Cogit in obſequium vitę, cauſsáſque ſalubres:
Ergo luem et lucrum, quod gens animantibus aufert
Noſtra malis, variéque bonos demutat in vſûs,
Si iuſtâ expendas trutinâ, præponderet iſtud.
A tumidis vſquam nec adhuc Serpentibus abſum
Atque alia en mihi ſe pauido furioſiùs offert
Indomitorum acies animalium, atrocia toruis
Lumina diſtringens oculis, & triſtibus auras
Vocibus, vt tonitru, feriens, mihi luminis vſum
Eripit, & vocis; fugiunt è pectore ſenſûs;
Iámque illo optarim primo trepidare timore.
Diû ſomno, & ſuctu manuum, quę; condita luſtris
Vrſa famem excludit; ferrugineóque pilorum
Quę ſolet exuuio, pulices arcêre pedéſque
Corpore ab humano, ſi quis ſe texerit illis;
Quęſitum nuper, rutilos dum Canceris ignes,

Luſtraret

Lustraret Phœbus, qui per glacialia missi
Acquora, num veteres iter hác quod ferret ad Indos
Gemmę vnde & piperi, reperêre niuentibus vrsos
In coryis; tanta Arctôi vis sideris infra est.
Hîc pecori horrendum Lupus; en vt flammea tristi
Lumina scintillant rabiê; munimine dentes
In prędam solido; raucam præcordia rauim
Aspirant homini; curtis stant pellibus aures;
Nigricat albescens toto pilus agmine dorsi,
Molliculus venter, vicináque vndique candet;
En spumas Aper orc agitans; me murmure mista
Cingentes trepidum, scindunt clamoribus auras:
Acribus, ardescens oculis, & pectoris atrox,
Pardorúmque niger maculis, caput altera felles,
Quem dixêre Chaum Veteres; pars credere lyncem,
Et genus esse lupi, qualis Cerinarius olim
Spectatus Romę; fors vt pro parte lupinam
Conferrent speciem, tot quando simillima mentis
Semina conspirent, quamuis sit corpore dispar;
Gutturis infrendet lituo, mortémque minatur:
Pallia cuî scutis decorata nigrantibus albent,
Pardus pręceleri rapiens vestigia plantâ;
Quódque volans medio in cursu est teli ocyor alis,
Tigris adest; animis ambo furialibus acti
Obsessum veniunt: subit vno asperrima cornu
Bellua, quod cubitos soleat se tendere binos,
Atricolor; fallit veteris nî fabula linguę,
Corpus equi; caput alipedis versatile cerui;
Pes, qualis barri est; aprorum, cauda, furentum
Fertur Hyęna simul; sermonis simia nostri,
Viuum hominem, vt proprio inclamatum nomine perdat
Quam ne septa suos calent Plutonia Manes;

Cranis

Carnis tanta fames nostræ est; Nec lenior in nos
Bestia, tergemino coëunt cui pectine dentes;
Auriculæ quales hominis; sunt lumina glaucis
Aurea pupillis, & sanguinis æmula guttas,
Corporis effigies præsentat tota leonem;
Cauda venenato pollet, ceu scorpius, ictu,
Mantichoram indigetant his fœti talibus Indi;
Nec fugientis equi quemquam leuis vngula seruet,
Nec longum in medio spatium; pes turbine Cæli
Fulmineo citior, Zephyríque ruentibus auris:
Isdem etiam Æthiopum Cephus prædator in aruis
Posterior nostrósque Pedes, & crura figurat;
Anteriórque, manûs; Ludis vidêre Quirites
Pompeïs; tam multa modis sunt noxia miris.
Cognati Austrorum Caribes, dixêre Chiurcam
Paruum animal (noster quod fortè cuniculus æquet)
Ingenij mirum ac formæ; nam sacculus olli
Pectore dependet, ventris confinia subter,
Naturæ munus; teneras quo condere proles
Sæpe solet, prædatum abiens; si irrepserit vsquam
Gallinæ thalamum, cæsis, se sanguine, pullis,
Et sobolem pascit; pedibus si senserit vllum
Aut manibus fieri strepitum, se proripit, illo
Fœtibus vt clausis capulo; dum rursus in auras
Et locus hinc sinat, & tempus discludere tutos;
Mollis ei est crinis; suasus color; oris acuti
Porrigitur rostrum; Mus caudam monstrat et aures.
Heu! quod hoc est monstrum? proprijs quod opertile telis
Tergore missilium resonat nemus; impete mentis
Acre, sed argutum; nullo quod fune, sagittas
Vno tot missu eiectat; porro aspera surgunt
Cuspidibus latera, & pictis incincta verutis;

Hyspi-

Hiſpidáque horreſcunt haſtilibus vſque renatis,
Queîs aliam ex aliâ valeat committere pugnam,
Si quid opus; felix armorum munere, felix
Arcitenens; ſua deficiunt quem ſpicula nunquam!
Sed neque cùm fugis, inſequitur qui cominus hoſtis,
Tutus erit; retro iaculis das prælia tortis;
Nec cognata tibi in vanum volitantia ſparges
Præſidia, aut nullo temerè bacchaberis ictu;
Dirigit ipſa tuos oculis Natura mucrones:
Ergo nec Triuiæ pharetrâ, nec Apollinis arcu
Indiget; aut, maior fieret quò vulneris alti
Pernicies, vt Breſillum Peruſia Tellus,
Aut quondam diues neruos Alabanda miniſtret;
Sunt huîc cuncta domi; corium ſemel omnia præſtat
Arma ſuum, pharetramq; habilem, celereſq; ſagittas
Indociléſque teri neruos, arcúmque ſonantem.
Macti animis, heîc ecce Leo, quem cuncta verentur
Ingenijs armenta feris, nemorumq; tyranni;
Magnaminum pectus! potior cuî gloria ſemper
Comem eſſe in comes, malè quàm multare ferocem;
Munificus venię, & placidam dare flexilis aurem
Supplicibus, gratáque memor vice ferre merentes:
Teſtor Agelliadæ Hiſtoriam, quæ Noctibus illis
Exſtat in Actæis, noſter quas lampade Phœbus
Luſtrat inexſtinctâ melius, quàm Veſta Penates;
Seruulus vt fugeret Ciuis crudele Togati
Imperium, teneríque ſcelus ne duceret æui,
(Mercedes etenim fœdas meritorius egit.)
Ad Libyę deſerta abijt, feſſúſque laboris,
Vt ſomnum caperet, fundo ſeceſſit in antrum
Seſſilibus viridante comis, captóque per herbam
Limite gramineo, latebrę nemus inter agreſtis,

Secu-

Securus procumbit humi; vix lumina iunctis
Conniuent cilijs, magnum quando ecce Leonem
Ora sonant; malísque oculos crepitantibus angunt
Iam somni haud memores; membris miser omnibus horret.
Ob scelus admissum summo sub Iudice damnas,
Tristiaq; abductus pleno ad spectacula Campo,
Brachia iam strictis cùm sentit funibus vri,
Obnubíque caput; venientem ad vindicis harpe
Percussum obstupuit, ceu mortuus ante secandum,
Tanta animi premit anxietas, sub temporis istud,
Illo ipsóque loci in spatio nisi fata manentem;
Haud aliter pauido seruum morientia linquunt
Membra metu, gelidísque algent præcordia fibris;
Effugere illa etenim haud poterat diri ostia leti,
Nec conferre manum, spatio disclusus, & armis:
Singultûs, nihil, ac lacrimas, conceptáque præter
Vota, super; fractis rumpit suspiria rebus;
Mortem ergo amplexum tenuit diû pallidus horror;
Iam nunc exsensos glacies concreta per artûs
Destituit motu Viui saliente caloris;
Deliquio ex tali vix tandem aliquando reuixit
Prætenui recreante, aurâ, quando altera spectat
Hospitis ora sui, quiq; ambitione benignâ
Velle videretur fumulantis munia dextræ;
Sæpius hûic sentem lacerate in volnere plantæ
Infixam, monstrasse ferunt; ferucntiaq; æstu
Crura tetendisse; & liquidò petijsse iuuari.
Ille, licèt trepidus, dextro rapit impete spinam,
Emulgétque solo saniem; & flauentia tabi
Excrementa premens, manibus solatur amicis.
Extemplo celeres properat leo tendere gressûs
Saxa per & valles; prædandíque anxius errat;

Pasce-

Pascere quo possit medicum, & donare vicissim;
At non iste diu cunctari, aditúque iacêre
Ancipitis domini; aut iterum dare lumina somno;
Sed fugere vlteriûs; sterilésque vagare per agros,
Quo fors cunque ferat; dum nanciscente retractus
A Domino, in celebrem Romæ victricis arenam
Ad pecudes datur; hæc domiti nam cædibus Orbis
Accessit feritas; quæ non contenta virorum
Incestare oculos, vel primâs sanguine fuso
Delectat matres; teneríque libido puellis
Aut gladiatorum paria; aut immanibus vrsis
Certantes spectare viros, miserêque resectos
Artubus horrendum laceris, nudísque pudendis;
Barbaricum morem! ô fœnæ batualia gentis!
Quis te miretur, tot pro crudelibus Actis,
Gentibus obiectam Arctois potuisse vorari?
Túque adeo, ah! Cyclopum antro, & Busiridis arâ
Detestabilior dominus, Lestrygonéque ipso
Sanguineus magis; hunc tristi cumulare ruinâ
Si placitum fuit; aut manibus lacerare cruentis,
Cur alienasti? cur lyncibus, atque leænis,
Téque minùs multò crudelibus obiicis vrsis?
Armeniæ tormenta tigres; Nemeæáq; Leones,
Pictarum Libyæ fera pectora pantherarum
Pannoniáq; vrsi, non tantùm immitibus omnes
Sunt animis, quantâ superant feritate timendi,
Qui mentem exuerint hominis, sanctumq; pudorem
Sola, voluptatis, quos vectigalia complent,
Præliáque, & pauidæ laniena miserrima plebis:
Tot pecudum ex numero, quarum surgentibus iris
Aridus horrescit stridor; mussantiaq; intus
Guttura miscentur strepitu; quæ cædibus atram

Sar-

Sanguinéque inceſtant Campi furialis arenam,
Ecce Leo, ſocios præter iam cognitus omnes,
Centum præcipuè palmis, crudelia ſtulti
Lumina qui paſcit populi, cùm crimine ſontes
Aduerſùm veniunt, ceu ſe diſcrimine poſſent
Pugnando eripere, ac vitam tutarier armis:
Quadrupedem hunc contra ſugituus homuncio miſſus
Vix trahit attonitus lento veſtigia paſſu;
Sed præſtolantis caueam vix Amphitheatri
Intrarat, cùm terga ferę reſupina mouentì
Horrendâ ſtant fronte comę; iuba tollitur ingens,
In collum effuſa atque humeros; minitantia toto
Corpore membra tument; igni ardentiſſima ſæuo
Emicat ex oculis rabies; Cæli ipſe per auras
Terribili excuſſam iaculatur murmure vocem;
His ſuper ingeminans neruoſæ verbera caudæ,
Nunc laterum in longos tractûs, nunc pulueris inter
Vndantis nebulam, ingentes ſibi concutat iras;
Propoſitumq; iniens rectâ defertur in hoſtem;
Iſte metu exſanguis, ſic Mundi effatur ad Ignes;
Non precor, ô ſuperi, victorem vt terga leonis
Me ſummiſſa ferant; nam quę ſpes? corpora ſaltem
Eripite hanc animam, placidáque in ſede locate.
Bellua viginti, vel circà in puluere factis
Paſsibus, adſpiciens ſubito veſtigia ſiſtit;
Intuitúque hærens ſerui remoratur in vno;
Omniáque explorat pariter filumq;, colorem q;
Et mæſtos pauidi vultûs; capere ecce videres
Ore voluptatem, ſimul hunc, preſentibus olim
Qui fuerat prior officijs, agnoſcere cępit:
Ergo animum in melius referens, turbata ſerenat
Lumina, & irarum ſternit ſub pectore fluctûs;

Iam

Iam gelidas fouet ore manûs, memorique merentem
Ambit amicitiâ, & blando palpatur honore:
Illum autem, in solis quondam qui parserat agris
Erranti, agnoscens, vltróque quòd agnitus esset,
Lætior, insolito declarat gaudia gestu;
Suspiciens Cælum fidensq; in colla leonis,
Inq; oculos sæpe inuadit, sæpe oscula miscet.
Scilicet erga aliquem si quis benefecit Honestum
Rebus in aduersis; vsuiam comperit ipso,
Percipere officij maturos tempore fructûs.
NOTITIA (vt cecinit Latonę ex partubus alter)
Nulla homini cluet vtilior, Cæli ardua subter,
Quàm SE NOSSE IPSVM: sed nec compagine nostri
Huberiùs quidquam; Nobis sunt indita flammæ,
Indita Telluris, sunt Aëris indita nobis,
Seminaque Vndâi; nostros quę sparsa per artûs
Conglomerant sese vnanimi discordia cœtu:
Est HOMO nil aliud, Mundi quàm principis Instar;
Omniaque amplexæ ceu SVMMA breuissima SVMMÆ;
Hanc ceu peniculo, fixum mihi, carminis huius
Pingere ad immensum, siquà pote, TOTIVS Orbem.
Qui studet egregias moliri operosiús ædes,
Non cædit Parias magna in palatia rupes;
Non ea inauratis circùm laquearibus ornat;
Non strissas turres, atque altâ fronte minaces
In cælum extollit; non omni denique puncto
Commoditas, luxúsque ferunt æqualia laudem;
Hîc vrsi vt stabulent, foueatq; famelica nidos
Coruorum soboles, aut nigrę Improspera noctis;
Regi autem hęc cuîquam Magno, tantę ardua molis
Tecta parat, censêre operis qui singula possit,
Altáque miretur longi spectacula visûs,

Nec

Nec RERVM-SATOR immensis pulcherrima Mundi
Mœnia curuauit spatijs; totq; vndique TOTVM
Perpolijt formis, generi per lustra vaganti
Frondea siluarum, pontíque quod ambulat vndas,
Et quod remigibus discurrit in Aëre pennis;
Astilli, quod ritè potest, modò longiùs altum
Prospiciens pelagus; modò frugiferentia latè
Iugera Telluris; nec non fulgentia Cælo
Lumina, nullius quę digerit ordinis ordo,
CVNCTIPOTENTEM oculis mirari et pectore DEXTRAM
Tali artis genio TANTAM quę exstruxerit ARCEM;
Sed de Corporeis Mundi tot Millibus auras
Queîs DEVS afflarat vitales, vltimus exit
Inspiratus HOMO; non conditione quòd esset
Deterior; vel quòd DIÆ SAPIENTIA MENTIS,
ÆTERNÆQVE MANVS, operis tam nobile textum,
Auspicijs non auderent contendere primis:
Ne sed adhuc populo, vacuúsque clientibus Orbis
Nequiquam Regem acciperet, qui legibus aquis,
Per fines latè Oceani, terrásque patentes
Iura daret; dominámque ipsis vim frangeret Astris.
Nam quis conuiuas magnę in conclauia cœnę
Vrbanus ducit, nisi cùm funalia totis
Fulgida iucundos fundunt Penetralibus ignes,
Ferculaq; in Flandris pulchro stant ordine mappis?
Et, DEVS, ingentem foribus, DEVS ILLE, recluſis,
Qui Diuersantum, totis alit ædibus, vndam,
Quíque per innumeros nobis sine fine canales,
Ætherij inuergit mare nectaris inconsumptum,
Tunc vocat, & plenis ducit discumbere mensis
Sanguinis Auctores nostri, cùm lucida rident
Atria picturis, variaq; tapetibus artis;

Iám-

Iámque auidi ſubter ſtellatum fornicis axem
Ingens momentum Mundi, cælatáque in auro
Sidera, magnificus, patinis bellaria mille
Diſpoſuit, ſuaui Heſperidum dulciſſima tinctu.
Corpora, quêis Cælum innumeris magníſq; ſuperbit;
Quêis ornatur humus; Thetidis quibus antra tumeſcunt
Ad diuini HOMINIS *non-enarrabile textum,*
Sunt ceu prima rudis (ſi quis bene comparet artes)
Tentamenta rei: Paris ergo, expérſque Magiſtri
Omniparens GENITOR, *ſpatij cùm cælitis Ignes,*
Telluríſque globum, & pelagi Confinia magni,
Aëriáſque animę faceret ſpirabilis auras,
Finibus in NIHILI, *ex* NIHILO; *Diuina Voluntas,*
Et ſimul Eloquium ſeſe, Effectuſq́ ferebant;
Velle, Loqui, Facere, OMNIPOTENS *rem temporis vnâ*
Reddidit vnîus; ſed quâ iam luce parabat
Effigiem formare SVI, *ſuper omnia Regem,*
Naturæq́ Decus, magnum ac venerabile primis
Concilium è Senibus, cæli intra limina cogit;
Comparent Bonitas, præpollens numine Virtus,
Et ſincerus Amor; ſe Magnificentia rerum
Prodiga cunctarum; Sapientia; Iuſtitiæq́
Iungit Honos; omnes Solium ſubſidere ſuêti;
Quis fabricę modus, & quænam molitio tanti
Inſtituendæ Operis, Deus vt nunc arte magiſtrâ
Alter (aut) noſtris veniat perfectus ab armis?
Eia animis ferte auxilium, pariterq́ laborem
Sortiti, curam huîc generi committite mecum,
EXEMPLARE SVI *potiùs,* NATVMQVE *perennem,*
Verum naturâ NATVM, *ſuper ordine texti*
Conſulit illîus; quæ munera, quídque nitoris;
Quam mentémque animi, communibus addere votis

Conueniat, cûi Prætur am fascésque Clientes
Tradere Terrarum, & vicibus præponere vellet
In genus omne suis: DEVS *ergo Animalia formâ*
Effingens variâ, Oceano, progignere pisces;
Telluri pecudum iussit dare perpete fœtu
Gentiles numeros, & Matris secula Terræ.
Ast operc in tanto, primíque in origine Patris,
Ipse acuens sese imperio, sua iussa capessit:
Brutorum OMNIPOTENS *animas & corpora solùm*
Condidit effatus; punctóque in temporis vno,
Aerium in iunctis diffundens sensibus ignem,
Sanguinis impleuit, tot per diuergia, venas:
At verò instituens Mortalibus addere membris
Immortalem Animum; quô nil pote grandius esse;
Ordine, momentis, interq; capedine, Corpus
Fabricat, & Mentem REGIS; *qui Cælitis auræ*
Præditus auspicio, rerum tractaret habenas.
TOTIVS *diuinę* OPIFEX, *miracula cuius*
Dicere Mens hominum nequeat; tibi cernere quidquam
Qui geminum haud possis, nî te perfectus in ipso
Contemplêre Tuos æternâ in imagine Vultûs;
Hac rudiore super tabulâ rege dexter inanem
Arte manum, tali vt REGEM *depingere coner*
Peniculo, vires Animalibus infrænantem
Quod superare hominis videatur posse colores;
Inpulchróque mei, quem laudo, PRINCIPIS *ore,*
Clara tui emineant DIVINI INSIGNIA VVLTVS
Vt maris indigenas, GENITOR, *formare marinà,*
Est visum tibi: sic HOMINES, *de cæspitis vdi*
Materiâ, lateam voluisti condere gentem;
Corpora PRINCIPIIS *vt nacta parentibus auras,*
Illorum adfectûs quadam ratione referrent;

Ergo

Ergo vbi iam placitum, in mediam consistere lucem,
ENDOPERATOREM *Terræ, de puluere massam*
Adspersâ commuttis aquâ, digitísque remisces
Ipse tuis; donec formæ consciscit honorem
CORPORIS HVMANI *species.*
Os ILLI *haud pronum, vt cur uis cerucibus vsque*
Spectet humum, quo se tendunt animantia ritu,
Ventriculis nisi nata suis; semel omnia morti
Spirantémque animam, & debentia corporis artûs;
Aurea sed tollens oculos ad lumina sursum,
Quæ Cæli rutilant inter conuexa nitentis;
Huius vt in vitæ spatio, DIVINIOR *illa,*
Ipsorum per membranas, Essentia cernat
Et natale solum, & lætæ palatia pacis.
Qui nostram istius fastigia sumere MENTEM
Summa domûs, totámque iubes dare iura per arcem;
Corporis unde sui vt furias, motúsque rebelles
Opprimere, & tumidum posset compescere vulgus;
Nostra etiam vt RATIO, *Castri in stationibus huius*
Præsidium, ad portas Animi disponeret omnes,
Siue diem Iubar irradiet, seu Sidera noctem;
Inuidiam vt pedicis; celerésque, coerceat Iras;
Frangat Auaritiæ stimulos; Fastúmque ferocem;
Et metuendâ alios ex seditione tumultûs
Plebis in aurite, subito quæ sæpius æstu
Exsiliens furit, & raptis bacchatur in armis;
Ponere ei leges cupiens, quem sceptra petiri,
Imperióque leuem voluisti flectere turbam.
Qui corpus ducunt, Oculos, spectabilis huius
Ad loca custodes rescribis idonea Molis,
Prospectum vnde petant cunctis è finibus omnem;
Ne diuum insidijs ANIMANTEM *noxia lædat:*

Heîc operis tua Dædalei MANVS *illa triumphis*
Innumerabilibus clariſsima, vincere ſeſe
Quodam viſa modo; nec enim ſic lumina preſſit
Noſtra cauis, ſpatióque ſinûs vacuauit inani;
Fit veluti anguſtum rectæ per arundinis oras
Lucis iter, tenui vt pateat diſcrimine Cælum;
Tum ne terribili vitiaret imagine formam
PRINCIPIS, *hîc magnâ qui Rem ditione teneret,*
Non dedit in tenero niſi blanda foramina vultu.
Illa gemella, (animis quæ vel glacialibus ignem
Subtili penetrant flammâ) ſpecularia latæ
Sacra venuſtati, gemmis inſigne duabus
Ingenij eſt ſpecimen; pariles è folgure lychni;
Prægnantes telis pharetræ, leuis vnde, quod vrat,
Sumit Amor; loca pelliculis pellucida miris;
Per medium foràs infuſi quę robore priuo
Luminis euibrant ſpeciem; quod temporis iret
Se paullo exſtinctum ſpatio, DEVS *vndiq; certis*
Nî poſiuſſet ei ceu propugnacula vallis.
Artifici tam multa manu miracula ponit
Naſum inter, roſeáſque Genas, Frontemq; ſerenam,
Vallibus in geminis; cluui quas vndique molles
Blandè amplectuntur, lucémque hoc limite ſtipant;
At veluti tectorum alæ, ſuggrundiaq; imbres
Parietibus fluidos abigunt; ſic Linea binis
Dupla Superciliȝs oculos dependit; & inſtar
Porrectos Cilium prohibet diſcrimina peilis,
Quę facili celerat conniuens palpebra motu,
Oris ad ornatum, natiuâ in imagine, Naſus
Si quantùm interſit, mens eſt cognoſcere, formâ
Zopyrus id mutilâ doceat; detergere ferro
Qui decus hoc ſibi, ſuſtinuit, mirantibus olim

Orbis Achæmenij populis, & perpete famâ;
Quòd reserare suo mallet Babylonia Regi
Mœnia, & haud rectè confisam prodere gentem,
Hostilis proiure doli; quàm parcere vultûs
Tali ornamento; placuit tanti esse fidelem;
Perfidiæq; simul turpem in se admittere culpam;
Nec minor vtilitas nostri, quàm gratia, Nasi est;
Spiritus hàc etenim, quem ducimus, itq; redítque;
Spongiaq; hác Cerebri, quam viuidus innatat humor
Haurit odoratu liquidos, vt arundine, sensûs;
Huc se deliquię iungunt; huc pondere vergit,
Emanátque foras grauioris fæcula succi;
Materies vt spissa minùs, spirabilis altè
Per capitis caulas, commissurásque vaporat;
Vndantem veluti nigra per spiracula fumum
Eq; focis, éque aspicias glomerare caminis:
Sed quòd tempus edax foris & subtiliter intus
Ceu tacitâ libat mortalia corpora limâ;
Et quód in ætherij venientia luminis oram,
Quæq; abeunt itere emenso; confinia leti
Semper, & interitu sensim gliscente fatiscunt;
Prouidit PATER OMNIPOTENS, vt quidquid anarum
Conficiat venter, virosáque dentibus ætas,
Os instauraret, venásque repleret inanes;
Arbore vt in viridi frondem qui deficit humor
Temporis exsuctus labro, renouatur ab imis
Vndíque radicum fibris, pulpámque per omnem
Diditur, & ramis vires interfluus æquat.
Et nonnulla, loci ratio est; vt odoribus haustis;
Escarum genera excipiat vicina Nasi,
Finitimiq; acies oculi; vt distinguere æneto
Possit Erichtonij semen letale veneni;

Anguibus, anguillas; veluti iustißima Linguę
Explorare solet verum censura saporem.
Curuâ intùs seriê Dentes, infraq́, supráque,
Valli instar, faucem includunt; Cereríque minutim
Duros conficiunt, velut arma molaria, bolos;
Mansaq́ mox stomachi mittunt alimenta calentis
Imperfecta foco: Sed ne, si cernere nudos
Semper oporteret, terror, quàm gratia, nostro
In voltu staret potiùs, duo facta venustè
Septa vides, gemini vt tractum cingentia muri
Duplice coralio; violę quod suauè rubentis
Exhilarat nitor, & paribus dat basia labris:
Eximium OS HOMINIS! *nam tu Mortalibus olim*
Per montes sparsis, ac siluas, more ferino,
Aut vnâ in Fauni latebrarum; aut Panos in vnâ;
Nympharùm ve domo, densis quam texta corymbis
Antra dabant, dumíq; vepres vmbrantibus hirti,
COMMVNIS *sine Iure* BONI; *sine amore, fideq́*
Hospitij; à manuum saltem virtute paratis,
Concilia, ac cœtùs, legesq́, & tecta penatum
Monstrasti; tu connubium castósque Hymenæos;
Tu Ciuile iugum docuisti ferre libentes,
Arduaq́ exstructis habitare per oppida muris:
Oris inocciduam laudem! Te namq́ repertas
Auspice Facundi tradunt Rudioribus artes;
Tu mentem licèt ignauam, & torpôre fluentes
Euibras animas, generosáque semina rerum
Ingenijs mandas; adyto tu pectoris intus,
Virtutum vertis stimulos, & subijcis ignem;
Gaudia tu mœstis reuocas, oculíque refusam
Tergis amaritiem; alloquij tu dulcibus auris,
Corporis arma tui tam seditiosa retundis;

Efferus

Efferuentem odijs, multáque libidine fœdam
Te ſtatuis Carnem contra, quę perpete certat
Enixim ſtudio, Rationem reddere noſtram
Et ſolij expertem, & ſceptri; queîs prædita leges
Dicere debebat vitijs, animóſque rebelles
Imperio premere, & fatuos compeſcere ſenſûs.
Auxilijs Mens noſtra tuis, decliuia Mundi
Templa ſuper, ſtellíſque habilem ſuper Æthera currit;
Irai per te horrendos exſtinguimus ignes,
Queîs offenſa DEI *interdum præcordia ſumant,*
Criminis ex odio noſtri:
Te duce ſupremi ſubeunt ad fornicis arcem:
Et Fidei, & Precis, & Zeli ſuſpiria noſtri;
Murmure diuino per te conteximus hymnos,
Egregiáſque DEI *meditamur carmine laudes;*
Plectrum Lingua facit; vocales Spiritus afflat
Pectoribus numeros; Dentes, modulamine, nerui;
Sunt Nares cauitate, chelys; ſuus vnde figuris
Liquitur accentus varijs; vt ſibilus aurę
Fulmina ſurripiat Cælo ſpoliętque Tonantem.
At noſtri inſignes præter tot corporis artûs,
Auditu in gemino ſinuoſa foramina miras,
Multi modis Dextrámque DEI, *Mentemq; reponunt;*
Noſtræ etenim ſunt cuſtodes ad limina mentis,
Omniáque auſcultant, fieri, vel digna cauerì
Corporibus; varias apto diſcrimine voces,
Iudicij expendunt normis ſubtilibus Aures,
Theſauros Cæli accipiunt; quæq; aurea nobis
Legati mandata ferunt; cùm certa ſalutis
Luſtra repræſentant pretióque & ſanguine CHRISTI,
Vt docet antiſtes DIVINI PAGINA VERBI.
Sed quòd ſublimes ſe fert ſonus vſque per auras,

OMNIPOTENS ad ſumma domûs faſtigia noſtræ
Auriculas fixit, duplicis ceu buccina conchæ,
Perplexis anfractа viis; diuergia vocum
Cochlidibus veluti ſcalis, quò longiùs irent,
Et placidè magis ad ſenſum; nam murmura longæ
Interfuſa tubæ ſcis plus pertendere flexu,
Quàm ſpatio quos directo dat fiſtula cantûs:
Aut qualis vacuos inter Vox tinnula montes,
Indigenæq; Soni nemorum, per hiantia paſſim
Saxa repercuſſi, tortis in Vallibus errant
Aût inter fluuijq; ſinûs, ripáſq; reductas
Quale ſolet currenti vndę concurrere murmur,
Illiſum arquatis depreſſi inflexibus amnis;
Et Sonus, & Vocis remeans ſe fundit imago;
Vt dentes inter patulę per concaua rupis
Frangitur; accentûs geminant; & culmina latè
Pulſa ſonant; functæq; iterat Vox poſtera Vocis.
Hæc neque ſola fuit ratio; cûr tractibus iret
Tam circum ductis patulas auditus in aures;
Scilicet immanis ſi rectà tendere bombus,
Et teneros poſſet magnâ vi pellere ſenſûs;
Noxia tentaret cerebrum; ſed mollia longas
Flabra per ambages voluit tranſmittere menti,
Ceu Labyrinthæo paſſim reflexa meatu;
Verſùs Arecomiam velut ambitioſior inſtat
Planitiem, lentíſque mouens interluit vndis;
Aſt aliter montes nunc hos, nunc inſilit illos
Diluus & immiſſo feruens citat impete nymphas,
Tarbellûm recto qui tramite diuidit agros.
Sed vos, totîus noſtri quę ducitis iſtam
Corporis vt cunque effigiem, ſine laude ſorores
An dimittetis? celeres quas nouimus eſſe

Naturę ancillas, & opus plerúmque PARENTIS
Fingere ſolertes? ſunt artibus optima cunctis
Inſtrumenta, Manûs; iam iam facienda petitis
Volnera germanis defendere, teláque certę
Adÿcere, atque omnem dociles eludere plagam;
Humanę memori molimina ſingula mentis
Excipiant calamo; Genij ſecreta volantis
Iuſſa miniſterijs obeunt, laticémque Lyæum,
Muneráque anquirunt alijs Cerealia membris.
Aut verò vt fugiant Genuum vos commoda, tantis
Organa ſeruitij? vſus prębentia tales
Brachia? & inſignes variâ virtute Lacerti?
Spicula vt è neruo, tenti quæ laxior arcûs
Debilitas agit, obtuſo vix momine ferri
Conſpicias; validè cornu ſed arundo rigenti
Torta volat, porróque auidis inſibilat auris;
Neruorum haud aliter, dant Tendonumq; catenę
Diſſimilem motum, dant vires diſſimiléſque
Corpore in humano: mediis compagibus hærent
Oſſa, trabes veluti, aut telamones, tigna, columnę
In quibus hinc modulo, hinc ſpirę, ſcapíque rotundi
Tam ſolidè coëunt, iunctura arumq; ligant ſe
Vincta coagmentis, vel vt indignantibus aui
Dentibus, & leti, longûm connexa, reſiſtant
Interitu; lapſóque diu ſtent culmine muri
Et noſtrę lorica domûs.
Structurámne Pedis ſileam? Plantaſq;, Voláſque?
Et Digitûm crates, Molis fundamina noſtrę?
Quæq; rigent callis graduum Calcanea duris?
Abdita nónne oculis tempus diſquirere? tempus
Intima Naturę, per corporis abdita noſtri
Explorare ſinûs; clari intra luminis oram

Qui

Qui tanta artificis referunt miracula dextræ;
Ergo, illud modò vt experiar, capióne ſpecillum?
Scrinia vt inſpiciam duplicis ſecreta Cerebri,
Artibus vnde fluunt, & ſenſibus ordia noſtris?
Regine heîc ſolium Rationis; & omnibus iſtinc,
Membra per & nodos, dependet linea neruis;
Hi pugillares, vbi doctę ſedula Mentis,
Rarum aliquid, manus, arcanâ ſibi cuſpide pangit,
Nec ſinit ire diem, quâ nîl inſcripſerit illis.
Forſan ego vt poßim tabulâ ſuper edere planâ
Dædalei ſtructuram operis; ſubtiliáque auſim
Tanto opere implexi miracula tangere Retis?
Hos per circuitûs, vitali mobilis aurâ
Spiritus aſcendit, cordíſque ab origine ſenſim
Hæc per fila means, animales pellere ſenſûs
Incipit, & cerebri lentè ſe fundit in amnes
Limpidus, ac fæce aëriâ decoctus ab omni;
In Iecore intinctus veluti per plurima, ſanguis,
Vitaléſque aurę, curuo diuergia tractu,
Flexibus indulgent, vbi ſe formantq́, coquúntque
Non vno concepta ſinu; dum ſeminis vdi
Vim tandem humanam genitalia vaſa reponant.
Cordis vt impariles coner deſcribere caulas
Pariete diuiduas communi, interq́, gerino,
Et pondo exſtantes æquali in puncta deorſum?
Hàc in pulmones auram, ſpiſsúmque ruborem,
Hàc liquidi mittit diuerſo tramite riuos
Sanguinis, & tractûs humectat corporis omnes;
Aërijs hos vitarotus pellabitur amnes,
Perq́, Cauam Venam, pérq; ampla Arteria manat;
Spiritus beîc molli ſalit impete, læuus ad vber
Plauſibus in numerum trepidans; proprioq́, tenore

Sup-

Supputat ætates, & ſani eſt corporis index;
Sin nimiùm intenſus calor eſt; algentiaúe hauriit
Corda gelus, queritur ſubitò, & perſæpe vacillat,
Dans motûs incompoſitos, dominarier intus
Significat morbum, & captam inſanire per aulam.
Iámne ne in Pulmones, ſpeciumq; quibus agmine leni
Temperiem vis alma dedit, noſtríque caloris
Aßiduè alternìs moderantur flatibus ignem;
Frigidulùm exhalant; nitidi velut Aeris aura
Æſtibus in mediis flauentes ventilat agros,
Cæſariemq; afflat Cereris; pulmone receptus
Ambulat ætheriæ decoctior Spiritus auræ;
Cuius ab aßiduo, vitæ ſors, fœnore pendet;
Follibus vt quondam qui lætas in carmina laxat
Organa, epiſtomijs animas immittit in auram;
Pulmo interuallis, variſque accentibus oras
Gutturis illudit tremuli, vocemq; miniſtrat.
Quin ad Ventriculi biforem nos vertimus aulam
Hæc vbi noſtra breui ſeruentia tempore vertunt
In ſuccos alimenta leues; nam pondere quidquid,
Aut odio nolit, portâ inferiore recluſâ
Ventris ad ambages abigit, mox Alibilis albos
CONCOCTI latices ſibi Veſtibularia ſenſim
Vena capit, longóque vehens per compita ductu,
Ex ſæces meliùs Iecoris defundit in vrnam.
De tribus ergo animal fundantibus omne Columnis
Prima Iecur, ſedes animæ quodcunque vegentis;
Sanguineum genus, & proprio quod tingere ſuccum
Flore poteſt; Venæ tinctum Maioris in ora,
(Quam dixêre Cauam, et fruticat quæ plurima ramis)
Tramittit, ruſtéque toros hàc irrigat omnes;
Manantem fons qualis aquam per amœna Virecti

Antra

Antra vehens, tremulo nymphas pede ducit ouantes
Omnem per nemoris, pérque omnem fertilis horti
Circuitum; vario ridet Zephyritis honore;
Hêic Violas; illic glaciali Aconita veneno,
Educat; Arboreos vsquam gemmascere fœtûs,
Aut dulcis Prumi, aut acidę rubicundula Mori
Poma, facit; Vites humiles; altísque Pirorum
In gremijs, blando pulchellas corpore proles;
Est vbi lactentem Ficum; vel Amygdala duris
Tecta putaminibus lætabilis hubere limi
Imbuerit; nitidis illic flos vernat Ocellis;
Istis densa locis Saliunca exspirat odorem
Acriculum, suauem, venetis pulcherrima spicis;
Exiguos alibi gustant Absynthia rores:
Haud aliter Sanguis, cuntósq; Alimenta per artûs
Diuersis portata vijs, heîc agmine longo
Producunt Neruos; heîc saxea viribus Ossa,
Heîc venas implent; heîc carnis pulpa tenellę;
Musculus heîc fieri; Cutis heîc, alibíque Medulla;
Aut aliud pro parte solet, quò corpora robur
Tota habeant; saníque decus resplendeat oris.
Sed quę membra oculis OPIFEX *abscondita nostris*
Interiore hominum secluſit pectoris aulá,
Non sequar vlteriùs; Medicísq; heîc reddo specillum
Nec libet HVMAN *Ætota hæc Palatia* MENTIS
Seligere in partes; id enim nisi Dædala possent
Scalpra Asclepiadûm; vel docti penna Galeni;
Vel grande Herophili ingenium; mî sufficit istud
Qualiscunque modi specimen; nec versibus istis,
Iapeti tango vanum genus, Ætheris igne
Qui sua furtiuo quondam simul æra dedisset,
Corporis in vnii effigiem: VERI *ista* PROMETHEI

Tacta

Facta manu, decus egregię ſpectabile primę
Oſtentat ſpecies, quam non imitabitur alter.
Ille ſed eximię formator imaginis huius,
Non Flammę de ſeminibus, Terraq́, Mariſque,
Aëriaq́ auręnaturam exiſtere quintam
Iußit, vt his Animi ſpeciem conflaverit iſtam:
At ſimul halaſſet, non-mil diuinitus ibat,
Numinis ex fonte ęterno; luteíque per omnes
Continuò infuſum manabat corporis artûs.
Non tamen vt ſeſe, cuius ſtant omnia nutu,
Diuidere, aut partem poſſet deradere, triplùm
Simplice naturâ, perfectam vt redderet artem
Ingenioſi operis; ſed totius integer ęui,
Atque illibatus, diuinis dotibus illud
Perpoliit, ſolo afflatu; tam nobileq́ illi,
Ore ſuo, iubar impreßit; fulgêtra ſupremę
Nunc etiam vt mentem irradient pleniſſima lucis:
Ergo inſpiravit rerum Sator atq́ hominum Rex
SPIRITVS Adamo; ſed ne tamen vlla moueret
Pars detracta DEI TRINA de SIMPICITATE:
Non vt mortalem mortali ex ſemine natum
Progenerat Pater, aut mollis Natalibus Anni
Irriguo gliſcunt quales in palmite gemmę:
Denique ventus erat; ſed quem prȩcordia ventum
Funditùs emittunt, noſtri de corporis aruo
Nil libare ſolet; ſed quâ ſit indole fundus,
Quo naturę habitu, vires hinc ſumere certum,
Atque pares aliquà fieri pulmonibus auras,
Pectora quas imis animę penetralibus efflant.
Illo ipſe hoc vento afflatus deſcribere noſtrum
Hunc capior ventum; nec enim, qui flaminis huius
Non miretur opus, mentem mihi habere videtur

Nul-

Nullo interuallo, tanti miracula flatûs;
Tantáque patrantem qui non Cælestibus auris
Sensum animi sentit, Communis inania sensûs
Pectora gestanti similis, muloq́ biformi est.
Res alias Oculus, præter se, conspicit omnes,
Quas cerni Natura dedit; sic noscere cuncta,
Mens animi potis est, priuı bona præter honoris,
Naturamq́ suam; nullis hanc sensibus æquet
Sublimem, nequeátque suis adipiscier alis:
Ast Oculus veluti, nullus quem læserit humor,
Sese aliquà tenus intuitur defixus in vndam,
Aut vitri in glaciem; nostra sic gloria Mentis
In proprij speculo se contemplata vigoris,
Totque in diuinis immensæ aspectibus artis,
Se videt; aut aliquo certè simulacra reflexu.
Horribiles Austrorum animę, qui turbine siluas
Eruere, & claris onerare fragoribus auras
Cum fremitu quondam soluti, camposq́ liquentes
Montibus inuertunt vndarum, & vallibus imis;
Culmináque Ætherijs nimium vicinà quadrigis
Concutere, ac fractis validi deuoluere saxis:
Et rosa, quem nymphę exspirat florentis odorem,
Dum passim in violis Zephyros Venus inter Amantes,
Inq́ chamæmeli ludit bene-olentibus herbis;
Nempe, magis Cælo vt placeat, multitia gemmis
Fulgida cùm sumit Tellus; redimiculáque auri
Delicijs varia omnigenis, operúmque figuris:
E vocum melos harmoniâ; & discordia concors
Supparibus citharæ è modulis; semel ista videri
Omnia ne possunt, sed tactu, ac naribus ille,
Audutúque caret qui non sera verbera venti;
Veris odorifери ambrosiam; fidiumq́ colores;

Sentiat

Sentiat; olfaciat; sitientíque imbibat aure:
Subtilem (fateor) naturam attingere Mentis
Non oculi, non vlla potest vis altera sensûs;
At sua mobilitas, mirandáque pectoris alti
Acta docent, haud nos Animum vitalibus auris
Ducere conflatum, quem certa resoluerit ætas;
Purum etenim & sanctum, DIVINÆ ab origine MENTIS
Hausimus, exclusum finiti amfractibus æui,
Simplice naturâ; formę quem linea claudit
Vnica, nec rerum quisquam componit aceruus.
Spiritus hic noster semel-omnis conditor artis,
Seu totus toto est in corpore; partéque totus
In quacunq; habitat; siue alta palatia cepit,
Templo intus cerebri; aut cordis penetralia seruat;
Seneca dic mentis doctâi diues, & auri,
Dic, vbi verborum tot millibus ordine recto
Seruandis, memoríque iterum de sede petendis,
Tablinum dederis; quæ posses agmine verso,
Inuersóque aliter, celeri deuoluere linguâ?
Cyrus Achamenię tenuit qui Persidis oras
Imperio, & multis opulens ex hoste triumphis;
Innumeros semper Gradiui ad Munera Martis,
Qui pedibus facerent, equitúm ve stipendia turmis
Sub signis habuit; tamen os, humeróque sciebat,
Et nomen cuiusque suum; quis talia codex,
Atque vbi sepositus, memorem seruauit in vsum?
Par etiam illîus Legatum dicere Pyrrhi
Quem dictis Cyrrhę ambiguis cortîna fefellit,
Romulidúmque armis inferre potentibus arma,
Impulit incautum; quô res tot condidit alti
In vasis gremio, puncti quas temporis vsu
Percipere, & magnâ potuit cum laude referre.

Vis animi meminens, rerum fidiſſimus iſtis
Scriba oculis: generíque hominum Liber vnicus illi,
Spê ſegetum, pinguem ſcindit quod vomere terram;
Hęc illa eſt, quę depoſitum, ceu ſcrinia, ſeruat,
Gens noſtra ingenijs quidquid ſubtilibus vnquam
Extulit egregium, poſt quam terreſtria iecit
Fundamenta DEVS; puroq; ſimillimus igni,
Diuite cęſariem rutilauit Cynthius auro;
Et nos quę vehitur propiùs, Soror inter eundum
Fraternis licèt alba comam fulgoribus, alſit;
Vis, inquam, hęc animi tam quidque fideliter abdit,
Vt ſi cum curâ, capitis Penetrale beati
Viuida ſcrutetur ratio; preſentiaq; Actis
Vinciat in nodum, qui non diſſentiat ipſi;
Experiens fiet rerum, Prudęnſque futuri,
Et ſpatium inſtantis, ſine noxâ, tranſiget ęui.
Eſto, animus languet, vitamq; ergaſtulus ęgram
Corporeis trahit in vinclis, ceu carceris atri
Triſtibus in tenebris; celeri tamen impete velox,
Montis ab Imai Regalibus vſque ſepulcris,
Deuolat, Heſperiam ſuper, & confinia Calpes;
In mediúmque diam depreſſi à partibus Orbis,
Oppoſitum Cęli citiùs ſe tollit ad axem,
Quàm rapido temone feros qui flammiferentes
Incitat, & Mundi percurrit cuncta diurnus.
Terga etiam haud nunquam pertęſus gibberaTerrę
Acribus ingenij, per cęrula remigat alis;
Heîc niuibus denſas acies, hîc horrida cenſet
Murmura ventorum; metuendaq; grandinis arma;
Heîc pluuię genus; & fractis è nubibus ignes;
Vnde pruinarùm, tempeſtatumq; cohortes;
Vnde hominum męror, feralibus hirta capillis

Monſtra

Monstra Cometarum; & diris Incendia barbis.
His gradibus petit alta magis, rutilantiaq; ipsa
Audax inuadit Cæli Conuexa volantis
Fornicibus distincta suis, spatiisque locorum:
Disparis heîc certos signat vertigims orbes;
Innumerósque Polis in tam sublimibus Ignes
Includens numero, Occasûs metitur & Ortûs,
Ipsorumq; vias; ac quanto limite distent;
Sic aliud super vsque aliud discítque, vidétque
Flexibus in Cæli obliquis, & finibus æui.
Atque adeo cauæ totiûs ceu Machina Mundi
Res non contineat satis alto pectore dignas,
Mœnia transuehitur rerum: porrò vndique porrò
Corporibus missis, vultûs quoque Numinis ipsos
Contemplari oculis, totaq; vidêre frequentes
Arce Palatinos castis cum gestibus ire.
Officij munes, & alâcri gaudia mente
Semper gaudentes, voti non irritus optat.
Quid Mens non possit fugitans ignobilis otI,
Egregiüsque ardens studijs conscisecre laudem
Nominis æternam? vel lumina tende sonantes
Solis ab exortu in Zephyros; hinc præpetis Euri
Vertere ad albentes Eoo sidere tractûs;
Littoreq; ab niueo Boreæ, vel ad vltima rursus
Arua viris habitata Nigris; nil cernere quidquam
Heîc pote, quod pulchri eximium mereatur honorem
Quod non pennâ homines, aut cælo, peniculísque,
Aut formâ extulerint; verum vt dignoscere vanâ
Corpus ab effigiê, attentus vix lumine possis.
Nam quis equam nescit, spirantiaq; æra Myronis
Mollibus vt quondam illecebris, viuóque lacessens
Ora maris, teles auidi percussit amoris;

Atque adeo in venerem cæco dedit igne furentes
Nequiquam ſpecies, genitalis fraude viai?
Pampineos ſileam tam veri in imagine fœtûs,
Ipſam vbi certauit Naturam fingere Zeuxis,
Vitis in vuiferę foliis; vt præpete lapſu
Adiectę volucres, pro natis roſtra acernis
Intulerint tabulę? Veneris non mirer Apellem,
Quę plures habuit, quàm quę vixiſſet, Amantes,
Artis amabilibus pulchrę quos cepit ocellis?
Quid tibi Fortunę expreſſos de marmore vultûs,
Vrbis Erichtææ in medio, qui carpere flammis,
Et iuuenem potuêre imis furiare medullis;
Baſia vt ingereres, & lapidis connubia velle
Deſineret nunquam, donec teterrimus ignis
Ad Manes animam abſtulerat, corpúſq; fauillas?
Indubiámne fidem hæc faciunt; conuertere formas
Poſſe deam, quæ fingendi ſic corporis artem
Perficit ingenio, vt vitalibus æmula flammis
Vita per effigiem ſpectabilis ambulet ipſam?
Nec ſpatijs contenta manûs induſtria noſtrę,
Aut iſtis incluſa fuit; quę mortua ſaltem
Corpora præſtaret rerum; ſed in Aëris auras
Alituum emiſit ſpeciem, & ſubtilibus alis
Currere dur ateas docuit per Inane volucres.
Nónne Tarentinos, Architas, inter honores
Inuictus Princeps, & præſtans artibus idem
Menſurę ac Numeri; ſuperos quem dîa per orbes
Sublimem tulit Vranie; vitale columbi
E modulis ſignum poliit; quod carpere gyros,
Directóque auibus poſſet colludere curſu,
Aeris in ſpatio vacui? Quid ligneus ales,
Inuentum, Germane, tuum; qui mole referret,

AVGVSTAM maiore Aquilam, totáque figurâ;
Quíque manu emissus longè contendere cæpit
Cæsari in occursum; quem mox vt sensit adeptus,
Mirificè conuertit iter, pergénsque volare,
Ponè sequebatur, dum Norenbergia venit
Mœnia, Cæsareaq; adiens ad lumina sidit
Prima domûs. Vix crediderim tot munera portas
Ante Palatinas; miris speciosa tapetis
Compita; & insignes operum compagibus Arcûs;
Non tanta igniuomis Tormenta tonantia bombis;
Quíque ibant læti Iuuenes, canúsque Senatus;
Plus hominum tenuisse oculos; non quidquid honoris
Endoperatori exhibitum, fuit huius ad artem.
Ingenium hoc hominis conuiuas fortè vocarat,
Quos in amicorum coluit longoor dine primos,
Et salibus vellet, magè quàm Saliaribus esse
Ad genium dapibus: Quid fiet? lenis ecce per auras
Musca manu exsiliens, ferri quam fecerat armis,
Sponte volat, spatiúmque loci quod ceperat vltro
Ambiuijs implet; donec procliuibus alis
Lenter allabens, reduci dedit agmine gyrum;
Et domini insedit, ceu cum ratione, lacerto.
Laudem ANIMI verè diuinam! in corpore muscæ
Tam tenui tot posse fides, momenta, catellas
Diuersis aptare rotis; quę spiritus olli,
Quę calcar, frænumq; forent, & habena volanti:
Nec vos præcipites immensa per Ardua currûs
Perpete qui rutis spatio; quos meta laborum
Nulla leuat, quos nulla vsquam retinacula sistunt;
Effugere humanas tanto fas impete dextras;
Humanas, sed corporeo sub cortice maius
Ingenij quę numen habent.

Nam qui Persarum Sapores dominator in oris,
Terreni Imperium extendit prope finibus Orbis;
Vt Cæli caperet regnum; non qualibus olim
E munimentis qui tam memorabile struxit
Confuse Babylonis Opus; nec more Gygantum
Montibus ingessit montes; sed in ædibus ipsis,
De vitri liquido conflauit marmore Cælum;
Séque adyta interdum penetralis ad intima tanti
Componens solio, & Superum velut altus in aulâ,
Sub pedibus, videt alterius per cærula Cæli,
Quos Thetis occiduos Pelago iam mergeret Ignes;
Quíque è Memnonijs surgentes fluctibus irent;
Hoc tamen in Cælo nihil admirabile visu,
Præter inauditam crystalli ex formice molem,
Magno equidem in Terris, fragili sed Numine dignam.
At noua quis digitis mortalibus atria Cæli,
Quis stellas potuisse nouas existere credat,
Motibus aduersis, quę perpetuóque tenore
Designent Annum, pariter Mensemq; Diemq;
Atque Horam; Argentorateę nunc quale triumphat
Vrbis Opus, sumptu rerum, manuumq; labore
Vnicum, & ingenij exemplo præstantius omni.
Prisca Syracosię celebrant præconia gentis
Artificem Briarea; suo qui cognitus hosti
Nomine tam sæuo manuum molimine mille,
Mille lacertorum; patriæ pugnantia fregit
Arma Solo; & tribus obsidij durantibus annis
Impiger, infractus, Romanam distinuit vim;
Vt belli aduersus fabricas, & tela virorum
Artibus instaret, speculíque ardentibus auris,
Fulmineum strueret iaculatis puppibus ignem;
Velocias, quantę Tyrrhena per æquora, naues,

Vix alię currunt, ſubducere littore ſicco
Ipſe manu potuit; potuit deducere ſolus.
Aſtriferos idem dedit automatarius orbes,
Quod fuit omnigenis Cæli ſpectabile Circis
Mirum inſtrumentum; quêis inferiora vagentur
Sidera; & infixi celerent ſe motibus Ignes,
Arte docens, (his curſus enim ſpontaneus ipſis,
Ordinéque emenſus gemino, quum flammea ſeruant
Aſtra poli) ſublimem oculis ſubiecit Olympum.
Heîc ego non memorem vix enarrabile Cælum
Argento ſolidum, nuper quod Caſaris ales
Auſtriaci vexit CRESCENTIS ad atria LVNÆ
Intus vbi exercens vertigine cuncta perenni
Exultat Genius; motu conuertitur Aſtrum
Quodque ſuo, celeréſque alijs, ſenſímque repreſſos
Perpetuat curſus alijs; tamen orbita puncto
Nulla vel in tenui, ſuperos præuertitur Axes,
Aut pigriùs ſequitur; ſed eiſdem paſſibus illic
Aſtra remtenti ſubter labentia Mundo
Lentiùs hàc, illàc citiùs rapiuntur in orbem:
Heîc caſtra obliqui luſtrans Sol aureus axis,
Pergit iter, rapidoq; volans citat impete currum;
Vnius heîc menſis ſpatio, Phœbi æmula Phœbè
Interiore viâ trepidans, velut altera ſemper,
Ambiguo vultu, plenos modò contrahit ignes,
Cornuáque adducit, niueâ modò fronte renatam
Colligit ætatem; pernox dum fulgeat auro;
Omniáque errantis ſequitur deliria Lunę.
O Animi felix Animal; qui ponere leges,
Circutúſque poteſt Superis! te pectoris alti,
Vel Cælo reperire viam; ſuper ipſáque Mundi
Ardua voluentis ſublimem extendere curam.

Tu potis es Phœbi frænos tractare nitentes;
Noctiuagæq; agitas reuantia lora Sororis;
Quis te tantus amor, mentem quę tanta cupido
Impulit, vt Cæli primos sequereris honores,
Auctoremq; ipsum? genus vnde extraxeris, illo
Perspicuum indicio est, animíq; in imagine, vultûs
Impressisse sui exemplum, nascentis ab æui
Tempestate, DEVM, cùm corporis organa nostri
Afflatu perfecta dedit, fusámque per artûs
Distribuit nullo æternam de semine Mentem.
Vis etenim vt pulchri DIVINA in MENTE refulget,
Et Mens pulchra tua est; vtque immutabilis Æuo
ILLE viget, sic mors Animum nec deleat vlla;
Luminibus vigilans incomenientibus ILLE;
Et tua momentis Mens acta perennibus, omnes
Percurrit rerum species; audire, vidêre,
Discere semper auens aliquid; Rationibus ILLE
Omnibus indulget; nec tur ationis egenus;
Dicam aliud; tua se tantùm prudentia tollit,
Vt liquidò ILLIVS MENS-PROVIDA, imagine quâdam
Sit dignata sui; eximiamq; afflauerit auram:
Absque facit Ratione nihil; tu cuncta ad amussim;
ILLE honor Cæli; Terrarum tu decus audis;
Pontificem gerit ILLE; vices tu fungere sacras;
Denique: REX REGAM REGALIOR ILLE; sub eius
Tu Rex Imperio: certè simul ille creasset
Istam in te lucem; perfecti ingentia Mundi
Mœnia, florentémque tuis sub legibus Orbem
Constituit, res TOTIVS tibi subdidit omnes;
Te dominum pictis auibus, turbæq; ferarum,
Et vitreo pelagi quotquot sub marmore ludunt
Agminibus pecudum, sua ponere nomina iussit

Imperij auſpicijs, & vi pollentia Iuris.
O te felicem nimiùm, ſi prima beati
Signa Charecteris, genitor, ſpirantia ſtarent
Pectoris interiore adyto, neque perditus olim
Heu, deſideriȳs maculaſſes ora profanis!
Ergo illa ingenij fax primùm ſulgida noſtri
Si, Vulcanus vti in cornu concluſus, ab omni
Parte tamen lucet; quanto mage purior igne
Tota reſulgebit, velo & funalibus olim
Depoſitis, cùm ſidus erit? nunc aſſidet illi
Iſte Animus, quem veſanis Anni omnia vexant
Sidera tormentis, patuli ſub culmine tecti,
Vndique quod pigris cingunt humoribus vndę;
Atque omni indigenę perflant à cardine venti;
Quid niſi, vix vnquam vt ſanus turbatur in horas;
In medio degens vel qualis Aranea telę,
Quod ſæui aſſiduis percurrunt flatibus Auſtri;
Si veſpæ extremum tetigit vel ſibilus orbem,
Tota tremit, celeríſque pedes huc pandit, & illuc.
In tot imaginibus tabulas variantibus iſtas,
Ingenuos Regis qui contemplaris honores,
Cuî dedit OMNIPOTENS animalia in omnia frę̃nos
Huc, agè, nunc oculos, huc mentem verte parumper,
Téque ſuis teneat mirantem Fœmina, pulchrę
Dotibus eximijs formę; dum viuimus iſtic,
Nam foret abſque illâ, non ſit niſi dimidium Vir,
Aut Lemurum quiſquam ex numero, fugitiuaq; Solis
Bellua, ſilueſtrem occultans per deuia vitam,
Moroſus, vecors, cuî nil, niſi triſtia, curę;
Ipſe ſibi natus; cunctíque alienus amoris;
Senſibus, ingenio, & priuatus corporis vſu.
Mentem ergo nolens minus exercêre benignam

In noſtrâ de Gente marem, quàm ſtirpis ab ortu
Progeneratum alio, DEVS, (exemplare quod eſſet,
Iugis amicitiæ;) modò quem conflauerat antè
Dimidium; pars dimidio, iubet, altera totum
Perficiat, tamen ipſius de corpore ſumpta;
Scilicet æternis vt vincla rugalia nodis
Stringeret, amborum dum curreret orbita vitæ.
Fortè homini vt præſtet damnatâ parte ſalutem,
Tabificum Medicus tandem reſcindere membrum
Non priùs aggreditur, quàm corporis altiùs ægri
Sopierit ſuccis animam, ſenſuſq; gelârit;
Tunc demum huc acies adhibens, parat arte, manuq;
Impiger, & facili labem detergere ſerrâ:
Sic torpente DEVS deuictum lumina ſomno
Noſtrum ſternit Auum; mediis obliuia venis
Inſpergenſq; gelu; frigenti preſſa metallo
Tempora dat circum; huîc oculi ceu fumere clauſi
Conglaciant, nigra erranti prope limina Ditis;
Denique ſic animam DEVS illi externat, & artûs,
Senſu omni oppreſſo, latus vt per apertile coſtas
Exteriùs nudet, patriſq; ab ſedibus vnam
Abſtrahat, vllîus minimi ſine parte doloris;
Ex illâ HVMANAM maturat fingere MATREM
Formoſum in corpus; pulcher quâ præditus Adam,
Sic ſpeciem inſimulat, nihil vt diſtinguat Amantes.
Illa tamen lepidis (fateor) mage ridet ocellis,
Molliculúſque magis color eſt: magis alba ſerenis
Frons nitet illecebris; toto nimis ore viriles
Seceſſere pili; acriculis inſurgit ad auras
Vox ei aculeolis; gemini ſe pectore tollunt
Colliculi argento pariles, niueiſque liguſtris.
Ille vbi tam grauis emerſit ceu gurgite ſomni,

Ad-

Adſpicit hanc, eeleríque animum percuſſus ab igne,
Corporis eximios pulchri miratur honores;
Dimidiamq; ſui aduertens fulgeſcere partem,
Irruit amplexûs, rapit oſcula, dulce tuetur;
Vix tandemq; loquens, vitam appellare, ſuíque
Delicias animi, & proprium, non ceſſat, amorem;
Nunc carnem de carne ſuâ, deq; oſſibus oſſa.
ANDROGYNI genialis amor, vinclíſque beata
Par indiuiduum vitę! natalia mecum
Veſtra recordanti quotiens ſub pectore volno,
Valdè equidem admiror, quonam DEVS ordine iuſſit
Ex vno conſtare duos, vnumq; duobus.
Fortunatus Hymen, ſanctíque ligamina iuris;
Quâ CHRISTI, & noſtrum innuitur ſub imagine fœdus
Connubij æternum, & fidei; Sacra dedicat iſta
Caſtus amicitię Genius; qui corda duorum,
Qui mentes geminas flammâ confundit in vnam.
O Edeniin vernis primùm celebrata virectis
Vnio Amatorum! paſsis vbi pulchra capillis
Luſit Hamadryadum Glaphyrê; roſeúſq; Amarantus
Et lætis ſimul Euphroſynon riſêre labellis:
Non iſtâ in Terrâ, rabies quam dira cruentat.
Cûi febrium veſana cohors, lacrimæq;, doloq;,
Incumbúntque metûs, miſeris Mortalibus ardens
Tartarus anterior, primíſque ſedilia flammis,
Eumenidum domus; in Cælum ſæpe auſa furores
Euomere, aduerſuſq; DEVM bella impia bella
Infandis proflare tubis, & ſtringere ferrum.
Coniugij auguſtos ritûs! quêis Virginis ipſe
FILIVS intactę, coram eſt largitus honorem,
Primitiuſq; operans rerum, quas eſſe ſupremę
Signa poteſtatis voluit, cùm fluminis vndam

In mera Lenæi vertit carchesia roris.
Huius item auspicio, hæredes post funera Natos
Linquimus, effigiem nostri; duce coniuge tædâ,
Affines legimus, sobolíque extendimus ævum;
Hæc rabidum paci bellum, concedere rixas
Cogit amicitijs; nostræ fugientia vitæ
Secula, perpetui æternat propagine fœtûs:
His fidei ominibus, ceu puri aspergine fontis,
Cordibus in nostris impurum exstinguimus ignem,
Quem Nothus Orciuis iaculans è faucibus instat:
Contrà autem hęc veri fructûs dum præbet Amoris
Fellis amarities minùs esse videtur amara;
Mellillum hoc vitæ nimio plus mellis habere;
Quę sibi dum cedunt alternìs, degimus ævum,
Mille voluptatum medy, totidémque dolorum.
Insuper his, SATOR OMNIPOTENS *generare iugalis*
Consortes thalami, sanctísque amplexibus ambos
Indulgêre iubet; compleri habitantibus Orbem;
Temporéq; hoc Mundi assiduo, Par illud Amantum
Viuere in effigiem sobolis, serósque nepotes;
Ad niueas matris nutrices pendulus infans
Dulcè manûs teneras, & blandis basia labris,
Porrigat ad patrem, similíque remideat ore:
Coniugis has Veneris leges, ignemq; Hymenæi,
Omnigenis paullò indiderat Animantibus antè;
Nec siluę immunes, nec in Aere picta volantum
Agmina; nec Mutę Pecudes, duce NVMINIS *aurâ*
Humorem nactę hospitio; sæuum ergo Leonem,
Tempore iam ex illo, sæui genuêre Leones;
Et Delphina suum Delphines; Vulturiûm gens
Vultures; simili vultûs dedit indole Prolem
Vis Humana suam; certóque quod ordine fixum,

Par ipsis Natura genus dat habere Parentes.
Est tamen vt fiat; veluti cùm Mulciber auro,
Artem addens operi, flammísq; liquantibus instans
Argenti affundit speciem, generísque metallum
Temperat ambigui, classis cuî tertia cessit;
Sic variæ gentis pecudes, stimulantibus ignis
Incensæ furijs, ineunt, Venerémque subantes,
Semina permiscent; geminus compingitur humor;
Nec patrum similes, nec matrum, vtriúsque figuras
Parte aliquâ referunt confusi corpore partûs.
Sed vim gignendi, patriúmque per ossa calorem
Ingenerasse animis animalium, & omnia cæco
Volueris igne vri, non sat DEVS esse putauit;
Hoc etiam ipsius voluit Sapientia, vt almæ
Absque operâ Veneris, sese perfecta mouentes
Corpore, conciperent animas; licèt edita rerum
E gremio, quod sit membris genitalibus expers.
Frigidus vmbrosis, pluuijsq; frequentibus humor
Stellantem irriguo Salamandram corpore gignit;
Corpore, quod patri geminum, tam frigore prægnas,
Vt solo possit flammas exstinguere tactu.
Ignem inter medium, in Cypri fornacibus æris
Pennatum quiddam, quod flammeus edidit ardor;
Nonnulli Pyralin, quidam dixêre Pyrausten,
Acre, citum, candens; rubeíque in flore camini
Nunquam non volitans; si flammam eruperit extra
Concidit ad terram moriens; flammæ ardor edacis
Cetera qui consumit, ei sors vnica vitæ est.
Parrhasis (vt narrant) glacialiáque astra Boota,
Quas oculis terras ab læuo limite spectant,
Irlandis crescunt virgulta sonantia siluis;
Quæ, si deciduum imbuerit Thetis æquore frondem,

Iam

Iam volucres fient, medijs (mihi sæpe relatum)
Anseribus similes, pennísque per Aera clangent.
Præterea occiduo Scotis à Sole, sapinum
Crescere in Hebridibus memorant; quî fabrica nauis
Si post Neptuni sulcatos cursibus amnes,
In fragmenta abeat sale putrescentia nigro,
Fungorum capita enasci; queis glíscere vermes;
His anates fieri perhibent, porroq; volare.
O variam monstri speciem! quę fronde a nuper
Arbor erat; pòst facta ratis; mox fungus, & ouum;
Denique Cælestes volucris iam permeat auras.

Explicit Liber Sextus.

BARTASIADOS

De Mundi Creatione.

LIBER SEPTIMVS.

QVi variæ Pictor, regionis ponere tractûs
Ante oculos, pulchríſque cupit proſpectibus omnem
Vndíque complecti, ſtudio comitatus, & arte.
Naturáque ipſâ; cuî iam nunc ſumma niteſcit
Linea docti Operis; ſua quòd laus viuet in æuum,
Latitiam toto, nulli memor ante-laboris,
Pectore perſentit, viſûſque in imagine fixos
Semper habet, mentem nequiens explêre tuendo.
Heîc alacri hadillum ſe corpore geſticulantem
Ludere, & in molli agnellum balare virecto;
Heîc ſemper-viuæ nemoroſa cacumina frondis,
Innumero ſpectat viridantem ſtipite ſiluam;
Heîc ſpelæum ingens, atque atris faucibus antrum
Solis inacceſſum radijs; hàc tramitis ire
Conſpicit amfractûs; illac porrecta viarum;
Heîc pinum aeriam, hîc ſtratam ſe ſpargere quercum;

Nunc

Hinc de prærupto ſublimis vertice ſaxi,
Cûi virides edere, & flaueſcens perpete muſcus
Veſtitu indulgent, nitido pede deſiliens fons
Bullit aquam, vitreáque cadens aſpergine vibrat;
Illa ſuper ſubtérque Solum diuerſa recurrit,
Floriferóque lauat ridentes gramine campos.
Illic ſe in denſis venator ſentibus abdit,
Innixúſque genu, collimat in ilice nigrâ
Ad conſidentes torquatâ ex gente palumbos;
Iam digitum adducit, rotulę ſimul agmina vertunt
Euolat accenſus ſurſum cinis; exſilit igne
Et fumo ſtipata leui, nemus inter opacum
Stridula, præcipiteſq; imitans pila fulminis alas;
Exululant ſiluæ ſtrepitu, monteſq; reclamant.
En tibi paſtorum in ſicco par æquore certant,
Pignore depoſito cauęe, præcertere curſu;
Corripiunt ſpatia, & gemino ſub corpore nimbus
Pulueris inglomerat; capitumq; pedúmque volantes
Motibus inſurgunt rapidis, & brachia iactant;
Sudor it exſtillus; turbę vox viſa ſequentis
Exagitare leuem celeri magis impete curſum.
Fumantes totis iſtic palearibus humorem
Exſudant tauri, & lentis ſe paſſibus inſtant,
Protelo pinguem nixantes vertere terram.
Heîc platanos inter, viridem Galathea per vmbram
Ambulat intendens pecori, lanamq; ſupinis
Deducens digitis, ac fuſum turbine verſans
Siluęſtrem patulo præportat in ore Cameanam.
Hinc vrbis circa muros vernantibus hortis,
Et pecudum latè paſtu, caſtella remotos

Suſtu-

Sustulit in montes, prospectúque vltima longo
Lumina suspendit nidis, vbi coniugis inter
Progeniem, ludit crepitante Ciconia rostro.
Riuulus hàc serpit crystallinus; incita curuis
Hàc fluuij atque illac species in vallibus errat:
Hinc subeunt montes; molli hàc demittere cliuo
Cernit saxa iugum, latíque incurrere campis.
Hîc longo turres, ac mœnia circuit vrbis,
Portarúmq; aditu; villarum hinc culmina fumant;
Illic Neptuni turbante fasêlus in vndâ,
Iamq; humilis, iamq; elatus sublimè resultat,
Singula quî enarrem? Naturę certat Imago,
Vincerêque Ars illam visa est; stupet ipse repertor,
Picturáque nequit spiranti auellere sensûs;
Quàm magis hanc tuitur, tam se mage perspicit ipsum,
Ingenijq; sui genium miratur, & artem.
Et MAGNVS Mundi ILLE OPIFEX (prędonia cuius
Peniculo mea Musa rudis deformat agresti)
Curâ non-curâ, mentis molimine nullo,
Singula molitus; decursisq; Ante-diebus
Huic Operi immenso numeros operatus in omnes,
Absque operâ, demum istîus capit otia Lucis:
Omnia contemplans manuum monumenta suarum,
Intentóque adhibens oculos pro tempore rebus
Vix alijs, læti fruitur dulcedine visûs.
ÆTERNÆ si sensa potest sublimia MENTIS
Inculto nostra eloquio memorare facultas:
Per frumentiferę Matris Sola; perq; natantis
Veliuolum Mare Neptuni, sua lumina voluit.
Despiciens circùm; iam vectigalia totis

Flu-

Flumina littoribus ruere, obstreperúmque refusæ
Vndique miscerí Torrentûm fluctibus æquor;
Festinare alios, aliósque è vallibus amnes,
Glaucę ad puluinar Thetidis, lectósque sororum.
Ex alto interea passim ceu pocula duci
Ignibus à Cæli rutilis, Pontíque liquorem
Hauriri immensum; Pelagi tamen æquora vastì
Nec numero minui vndarum, nec ab omnibus Orbis
Partibus ingentes fluuios dare fluctibus augmen;
Fœcundum indigenis inolescere gaudet amorem,
Oceanumq; patrem in gremio ferre omnia rerum.
Hinc Marium alternos æstûs, quos suppare Solis
Sidera Luna regit, propiùs quod ab ęquore cessit,
Noctes atque dies, magno dans momina nutu:
Hinc Cereri sacras segetes, & florea ruris,
Pratorumq; sinûs virides, quos staminis instar
Argento nitidi, percurrunt flexibus amnes:
Quattuor ingenio contemplans dispare Fratres,
Totum hunc aduersis compingere viribus Orbem:
Inter se que, alios fieri, sensímque fluentes
Vertere naturam; quin rerum existere pacem
Acribus ipsorum exodijs, semperq; duello,
Læta triumphantis declarat gaudia vultûs:
Cæli etiam immensos miratur tendere motûs,
Parrhasiamq; Vrsam, et circum Crucis ignibus ingens
Quattuor, ęquilatus Quadrum; clari aurea Mundi
Nunc altum supra Oceanum, nunc ęquora subter,
Diuersis voluenda vijs tot Sidera verti.
Omnia Naturę tantis cingi infera flammis;
Hîc tamen vt nusquam fiant incendia rerum;

Formi-

Fornicis Aërio liquida de corpore Nubes,
Et Volucrum pendêre globos; tot Grandinis imbres
Tot maria Vndarum, quæ per decliuia semper
Sponte cadunt; quî se possint consistere sursum,
Terram inter vacuôsque Iouis volitantia tractûs;
Tellurem vîstare suâ, ne cedere possit
Neptuni depressa fretis, nec concita Cælo.
Hinc ex planitiê Camporum, altísque Virectis
Omnifera Genetricis, Odor grato agmine nares
Molliter alludit varius; suauissima Nardi,
Caryophillorum, & sacri suffimina Turis,
Cinnamáque, & Casiæ, & spirans genialè Cyperus;
Balsama Iudaêum frutices, quos prodiga Romæ
Luxuries nimiùm quærendo perdidit omnes;
Flos in Barbariæ passim dominator arenis;
Cuíque dedit famam Hesperiæ gens Vettonis olim;
Nunc Brittannigenûm qui versicoloribus hortos
Luminibus pingit, quos Francia dicit Ocellos;
Non quòd non aliæ norint ea sidera gentes,
Sed proprijs florem indigitant hunc vocibus istæ;
Quid Rosa, quid Thymus, & Roris res blanda Marini,
Liliáque, Violæq;, & mollis Amaracus auræ?
Præteream salubri flauentes Macere siluas?
Cætera, tot liquidum quę fundunt millia nectar?
Hinc atque hinc lucos inter, vacuáque per auræ
Remigio Nantem volucri se spargere Turbam
Conspicit attentus, varij geniale tenoris
Aure bibens melos, & lepidę conuicia rixæ:
Sed quamuis nemorum viridem quęcunque per vmbram
Sibila vibrissant animæ, linguísque solutis
Prima canunt, artis modulo non-artis ouantes;
Huc tamen huc redeunt conatûs carminis omnes,

Flumina littoribus ruere, obstreperúmque refusæ
Vndique miscerí Torrentûm fluctibus æquor;
Festinare alios, aliósque è vallibus amnes,
Glaucę ad puluinar Thetidis, lectósque sororum.
Ex alto interea passim ceu pocula duci
Ignibus à Cæli rutilis, Pontíque liquorem
Hauriri immensum; Pelagi tamen æquora vastì
Nec numero minui vndarum, nec ab omnibus Orbis
Partibus ingentes fluuios dare fluctibus augmen;
Fœcundum indigenis inolescere gaudet amorem,
Oceanumq; patrem in gremio ferre omnia rerum.
Hinc Marium alternos æstûs, quos suppare Solis
Sidera Luna regit, propiùs quod ab æquore cessit,
Noctes atque dies, magno dans momina nutu:
Hinc Cereri sacras segetes, & florea ruris,
Pratorumq; sinûs virides, quos staminis instar
Argento nitidi, percurrunt flexibus amnes:
Quattuor ingenio contemplans dispare Fratres,
Totum hinc aduersis compingere viribus Orbem:
Inter seque, alios fieri, sensímque fluentes
Vertere naturam; quin rerum existere pacem
Acribus ipsorum exodijs, semperq; duello,
Læta triumphantis declarat gaudia vultûs:
Cæli etiam immensos miratur tendere motûs,
Parrhasiamq; Vrsam, et circum Crucis ignibus ingens
Quattuor, æquilatus Quadrum; clari aurea Mundi
Nunc altum supra Oceanum, nunc æquora subter,
Diuersis voluenda vijs tot Sidera verti.
Omnia Naturę tantis cingi infera flammis;
Hîc tamen vt nusquam fiant incendia rerum;

Forni-

Fornicis Aërio liquidi de corpore Nubes,
Et Volucrum pendêre globos; tot Grandinis imbres
Tot maria Vndarum, quæ per decliuia semper
Sponte cadunt; quî se possint consistere sursum,
Terram inter vacuôsque Iouis volitantia tractûs;
Tellurem vîstare suâ, ne cedere possit
Neptuni depressa fretis, nec concita Cælo.
Hinc ex planitiê Camporum, altísque Virectis
Omnifera Genetricis, Odor grato agmine nares
Molliter alludit varius; suauissima Nardi,
Garyophillorum, & sacri suffimina Turis,
Cinnamáque, & Casiæ, & spirans genialè Cyperus;
Balsama Iudæûm frutices, quos prodiga Romæ
Luxuries nimiùm quærendo perdidit omnes;
Flos in Barbariæ passim dominator arenis;
Cuíque dedit famam Hesperiæ gens Vettonis olim;
Nunc Brittannigenûm qui versicoloribus hortos
Luminibus pingit, quos Francia dicit Ocellos;
Non quòd non aliæ norint ea sidera gentes,
Sed propriis florem indigitant hunc vocibus istæ;
Quid Rosa, quid Thymus, & Roris res blanda Marini,
Liliáque, Violæq;, & mollis Amaracus auræ?
Præteream salubri flauentes Macere siluas?
Cætera, tot liquidum quę fundunt millia nectar?
Hinc atque hinc lucos inter, vacuáque per auras
Remigio Nantem volucri se spargere Turbam
Conspicit attentus, varij geniale tenoris
Aure bibens melos, & lepidę conuicia rixæ:
Sed quamuis nemorum viridem quęcunque per vmbram
Sibila vibrissant animæ, linguísque solutis
Prima canunt, artis modulo non-artis ouantes;
Huc tamen huc redeunt conatûs carminis omnes,

Vno vt DIVINAM *detexant gutture laudem,*
Omniparéns que suum celebret Natura Parentem
Egregij per honoris opes, immanibus ILLE
Quas Cæli in spatijs, Terræq; effudit, & Vndâ:
Denique; nil Oculos, nil OMNIPOTENTIS *ad Aures,*
Ad Nasum nihil acciderit, quin fulgeat oris
Forma sui, & propriè resonent præconia laudis;
Nusquam non Bonitas, animique opulenta benigni
Gratia, & ambrosij passim miscentur Odores.
Sed plus HVMANI *gaudet* DEVS *indole vultûs,*
Quàm rerum in Mundo quicquid spectabile toto est;
Eius amor, curæq; eius, viua eius imago,
Sunt HOMINES; HOMINVM *caussâ* DEVS *omnia fecit,*
Omniáque admirans, æternum his seruat amorem
Haud equidem heîc pigrum (furor absit) fingere Numen
Ingredior, segni in Superis quod langueat æuo;
Nec virtutis amans, scelerum nec turpibus ausis
Iniungens pœnas; non Relligionis amorem,
Non odium spectans, non vota, humilésque precantum
Aure trahens gemitûs; sed inerti quale veterno
Desidiosum animal, gelidóque humore sepultum,
Dormiat ætatem, ficti ne Numinis vmbra.
Somnia (nos miseros!) subeunt licèt impia mentem,
Intimáque interdum mollis rationibus Error
Pectora titillet dubijs, tamen ardua nunquam
Templa DEI *adspicio, pariter quin Iuris ibidem*
Et vim Iustitiæ; quin Consiliumq; & Amorem,
Quin Curas videam, rerúmque ingentia Dextram
Fræna gubernantem; Bonitas comes omnibus hæret:
Nos etenim si Mortales, (queîs mortua saltem
Numinis effigies Veri est) chorus iste relinquat,
Iam genere ex Hominum in tigres migramus, & vrsos.

Ster-

Stertebas, Epicure, deo magis ebrius isto,
Quem tu socordes mentiris ducere somnos,
Æterni pro Fonte Boni:
Nunquam equidem effugies (Athei quo crimine mentem
Induere, & falsis soliti se nubere dictis)
Vitandi studio plectentes impia pœnas;
Annuis, esse Devm *inuitus tamen vsque procaci*
Pectoris indulges furiæ confessa negantis:
Non etenim immunis (tua quod vesania timnit)
Regis more, Devs, *capiunt quem læta Theatri*
Otia, in eximio solium sublime tenentem;
Qui neque personis modulos, neq; munia ponit,
Pascere delicijs oculos contentus & aures:
Nec sic effusos spatijs Cælestibus Ignes,
Vt semel edixit, quo cirent ordine motûs,
Huius, & alterius rapidum per Verticis axem
Ire simit, tanquam manibus sub pectore fixis;
Nec velut impressâ digiti virtute potentis
Legibus æternis, omni mox sustinuit se
Ab rerum Imperio, aut Naturæ immißit habenas,
Iure sub assiduo, fatísque ingentibus æui.
Sed neque, vt à veteris magnum qui flexibus aluei
Auertit fluuium, duxítque ambagibus vndas;
Continuo postquam labentes agmine fluctûs
Ire videt, curas animo seponit aquarum;
Naturali etenim iam mobilitate feruntur;
Quà se cunque sinûs loca per decliuia pandunt.
At quem nos colimus, vero fons Numine manat,
Luminibusq; Animi, Curæ, Bonitatis, Amoris,
Atq; Opibus scatet immensis: Nam Robora Dextræ
Quanta Dei, *totum ex nihilo quæ condidit Orbem?*
Partibus in Mundi cunctis Sapientia fulget

Quanta DEI, *sollerte manu quæ singula rerum*
Ordinat, intendens, Operi? Quę Cura; diebus
Omnia bis-ternis totîus condere Mundi?
Quantus Amor; quanta est Bonitas, nondum entibus istam;
Moliri Molis speciem, & palatia Regni?
TOTVM, *cui inuidiâ, tot conseruare per annos,*
Innumeris, velut antè, bonis, formaq́; superbum,
Indelibatæ quanta est Opulentia MENTIS?
Vi quotiens propriâ Mundi ingeniosa ruinam
Machina traxisset! quotiens foret OMNE *sub vmbras*
Confusum exitio; solidæ testudinis instar,
Indefessa DEI *nî brachia sustentarent!*
Rerum Anima, est DEVS, *&, qui continet omnia, Neruus;*
Orbis in exhaustum manat Fons iste vigorem,
Qui totam, infusus, Cęli, Telluris, & Vndæ
Molem animat, totámq; mouet, totámque reuincit.
Mens immensa DEVS, *magno quæ corpore mista*
Mundi agitat Mentes variâ ratione minores;
Est DEVS, *ille humeris non deficientibus Atlas,*
Qui tanta Ætherię tot Corpora sustinet Arcis:
Vibrantes cadere æternis de Fontibus Vndas,
Continuísque Diem vicibus succedere Nocti;
Flauicomam Æstatem, musto pomísque rubenti
Anteire Autumno; quem ponè, rigentibus esse
Contractam membris Hiemem; mox tempora iussit
Flore DEVS *compti vario fulgescere Veris:*
Frugiferę gremium grauidat Telluris, & omnes
Huberiore locos concęptu seminis implet;
Ac vix matrîcem assiduâ segnescere partûs
Fertilate sinit; Ne Sol, ardentiáque igni
Astra licèt rapido sese comburere possint,
Defendit DEVS, *aut facibus letalia mœstis*

Aut

Ante diem, Summę glomerent incendia Rerum:
Aduersis celerant ſpatijs, atque orbibus orbes
Impediunt, moderante DEO; *ſimul vltima Cæli*
In Zephyros, ſimul Aurorę palatia verſùs,
Finitinam ſimul approperant Aquilonibus Arcton,
Æternumq; ſuas Mundi tenet orbita leges.
Nec, niſi voce DEI, *curſum Thetis atq; recurſum*
Implicat, & ſtereli Terras ſalſedine plangit;
Aeriu' nitor, & liquidi ſunt luminis Æther
Eius in Imperio; frugum tot millia Tellus
Eius ad arbitrium generat; Nil denique tantis
Se Mundi veget in Regnis; quod Numinis ipſum
Non mouet arcani dominans vis, omne per æuum.
Omnibus in Terris Prætor DEVS; *omnibus Vndis*
Imperio dat iura mero; quem nulla potiſſit
Flectere auarities; nec Iuſti inſcitia turbet;
Non Odium, non vertat Amor; non Ira, Metúſque
Demoueant; non vnde alio quis prouocet vſquam:
Quæſitor DEVS, *ac Teſtis; perfungitur idem*
Iudicis officio; nec eum poteſt fallere quidquam;
Quâ ſis mente, videt; quid agas; poſtſcenia vitę
Omnia rimatur; duplicíſque volumine cordis
Quid ſtruat Adami mendax genus, vſque tuetur;
Non ipſi obſtiterit paries; non pallia Noctis;
Imi nigrities barathri cryſtallinus olli eſt
Fundus aquæ, quò fulgentem Sol adducit auram:
Res Illi tam perſpicuę, quas concipis, omnes,
Longè vt præuideat tectæ molimina mentis;
Sed neque, quod fieri voluit, non protinus exſtat;
Siſtunt ſe celeres, & iuſſa faceſſere gaudent,
Quotquot in Ætherijs rutilant regionibus Ignes;
Tot Magnę Matris fœtûs, Animæq; pedeſtres,

Quæq; volant, & tot Pelagi quæ cærula findunt.
Imperia illius ſtudio flagrante capeſſunt
Penni-pedes Genij, quorum veſtigia ſubter
Orbibus inſultat Cælum: Quin Aëris ipſe
Obſcuri Dominus, fremitu mandata ſecundo
Accipit, & dicto citius parêre coactus,
Tartaridûm inſano cingit ſeſe agmine fratrum.
Denique tam ſolers DEVS *eſt; tantáque peritus*
Arte Opifex, queat vt iuxtà prauiſq; boniſq;
Vti inſtrumentis; quò iuris apertior eſſet
Optima cauſſa ſui; vel noſtras vertere fraudes
In nos ſæpe ſolet, ſceleríſque immanibus auſum
Stringit in auctores; frangendis ſæpe Malorum
Conſilijs, ipſi infenſos capitaliter hoſtes
Ire iubet, ſumptíſque ſequi ſua ſigna ſub armis.
Iudicij tamen HVMANI *turbantibus vndis,*
Interdum incertas ſubiti res turbinis inſtar,
Ancipitéſque rapi, Nullius lege iubentis,
Eſt vbi quis dubio ſuſpenſus pectore ducat;
Qui tantóque Maris ceu nant in gurgite Caſûs
Diuini impediunt moderamina cernere Iuris,
Fortunamq; putes volitanti inſiſtere curru,
Lora manu nec tractantem temeraria Mundi,
Quem ſupra, ſe Luna rotis propioribus vrget.
Eſto; tamen nimio plus illibata manebit
Divinæ laus Iuſtitiæ; ſed linea mentis
Iſta meæ, fruſtrà fontem ſcrutabitur altum,
Conſilia vnde ſua Æterni ſubtilia manant:
Ingenium eſt breuius, quàm quod Primaria ſaltem
Limina ſecreti poſſit pertingere Iuris,
Quo tu cuncta, Deus, ſtatuis; minus abdita aſq; ipſa
Senſûs cauſſa tui, intactis vt Epiſtola ſignis

Clauſa

Clausa mihi, quę conspicuis tibi versibus exstat.
Sæpe tamen primo intuitu, quod fecerit vnquam
Iudicio iniustum nostro; quam noxia menti
Corpora præcludunt speciem, ne cernere possit,
Illam nos ipso, OMNIPOTENS, in tempore cogit
Noscere, & euictos Veris sua iura fateri.
Fratribus Ebræis dederat cùm vendere fratrem,
Sanguinis immeriti Iuuenem, ducíq; Canopum;
Soluere, dixisses, aterni vincula Iuris;
At verò is postquam, seruilis ab vsque catastæ
Compedibus, videt in tantum subuectus honorem,
Terrarúmque gubernator, quas efflua Nili
Limfa tegit, pluuiq; fauens vice fungitur imbris;
His dare quem Iuno terris irata recusat;
Scilicet ex fratrum didicit crudelibus istis
In se consiliis, Pharij primaria Regni
Munia Diuino tandem sibi tradita Nutu,
Vt natale genus Pharaonidis oppida Terræ
Acciperent, artísque darent laxamina rebus.
Cùm manus alta DEI, horribiles quâ sumere pœnas
De scelerum seritate solet, Sodomëia flammis
Tecta dedit, nimbóque ipsos consumpsit, & igne;
Diluuij mersit quando caput omne sub vndis;
Heîc quòd adhuc verę non-nil pietatis, & æqui
Esse putaretur, nimij res visa rigoris;
At simul incolumes Lamechi genus, Haranidésque;
Ille superstes aquis; ereptus ab ignibus iste;
Clarum erat, Insontes, totis supereſſe ruinis,
Iustitiaq;, Malos, fatis vltricibus vri.
Puri ille aduersùm apparet mihi lumina Solis
Claudere vtrumque oculum cuî non, obstructa salutis,
Cernitur Ebrææ prępandere limina genti,

Improbus Ægypti Pharao, restantiaq; eius
Pectora, & immotis mage cautibus obdurata,
Communire viam effugijs, iteríque futuro;
Vt demonstrandę permagna patescere posset
Area virtuti, cùm debellare Tyrannos
Comparat ÆTERNVS, *sumptis audacter in ipsum*
Qui furere incepta nt bellis, vltróque lacessunt,
Robore confisi peditum, vel equestribus armis.
Ambitiosi istuc os Iudicis! ista nefandæ
Acta Iniustitię, quis auari crimina Iudæ,
Pontificúmque odia, & populi conata furentis,
Non videt ad vitij exitiam, nostrásque fuisse
Suppetias, quos Rex Edœi corruperat esu,
Et lepræ imbuerat maculis? vnde illa per omne
Sparsa caput subit obscœnæ contagio pestis?
SVMMI CVRA DEI, *Mundum, diffusa per artûs,*
Insinuátque, mouétque omnem, sed plurima genti
Consulit HVMANÆ, *superátque intensior omnem,*
Quæ CHRISTI *patriâ seruat bonitate* FIDELES;
His etenim hîs vigilat primis, qui pectore casto
Et manibus soluunt humiles, pia vota supinis;
Ollis assiduâ certus vertigine Cœlum
Ordo rapit, segetúmque ollis aurescit arista;
Ollis immensum tendit Salis æquor amari,
Et viridem in muscum, scatebris argentea viuis
Effundunt passim dulces gutturnia nymphæ;
Illorum seruat gressûs, numerátque capillos;
Ora per illorum loquitur DEVS; *Actáque belli*
Fortibus illorum patrat memoranda lacertis;
Illorum assiduus lustrat penetralia cordis;
Cœlestes Genios, & somni, & tempore lucis,
Armari, ac totas circùm vigilare phalanges

Vsque

Vsque iubet; ne fida sibi quid pectora turbet.
Sed quis me strepitus; quî me sonor vndique circum
Vociferans? ô vos, Athei, miserósque leuésque;
Insanum genus, ac sensi communis inane!
Vera hæc aduersùs totiens vos stridere linguis,
Non equidem admiror; sed me mage pœnitet, illos,
Quorum clara Fides, nostrę inter nubila noctis,
Sidereum nitet in morem; tot murmura secum
Rodere, & hos Veri testes perstringere versus;
Nempe quòd hos mœsti aspiciunt, qui SACRA, DEVMQVE
Irridêre audent, ventis dare vela secundis:
Fúlgere diuitijs, & rerum regna potiri.
Talium in aspectu plebem turbámque clientum
Demisso capite alternis genua inflectentes
Certare officio, ac molli latus icere palpo;
Cælicolûm ceu vita manu, genus omne per artes
Lætitiæ, per Diuis opes, per culmen Honoris,
Ducta foret, sic luxuriem, sic vndique pompam
Voti maiorem arbitrio; sic gaudia passim
Spè magis affluere, ac saturas obsidere mentes:
Quêis contrâ studio & vitæ melioris amare
Consilia, & sanctis componere moribus æuum,
Vix tolerare, animis ac corpore connitentes,
Aduersum Borean; & pelagi intractabilis vndas;
Haud minùs Euripi assiduo confligere motu;
Ipsorum tergo, Cæli impendêre flagellum;
Omnem ipsos damnis, ignominiaq; procellâ
Iactatam trahere hanc vitam; turbo vndique claudum
Insequitur, ros vt noctem; sua corpus, vt vmbra.
Pax socij! ne futilibus vestra ora querelis
Polluite, intentam his potiùs summittite mentem
Consilij, demam affecto de pectore curas,

Impi-

Impiáque iniectûs deliramenta profani:
Principiò, Cæli ac Terræ qui flectit habenas
OMNIPOTENS, *residem lenti ne Iudicis iram*
Rideat Impietas; præsentibus vrere pœnis
Sæpe necem; sæpe incestos consuêuit amores;
Inluuiémque aliam scelerum; perplurima sæpe
Crimina, diffunditq; diem; ne temporis vnquam
Iudicium extremi mens cesset nostra timere.
His etiam dictis animos conscribite vestros;
Scalas esse, CRVCEM; queîs stellimicantia tandem
Mœnia corripimus Cæli, æternæq; Coronam
Accipimus vitæ, quæ non marcescet in æuum:
Esse, Viam; latè niueo quæ LACTEA tractu,
Ætheris albescit medio; ad Cœtúsque beatos
Pandit iter, positis regnant vbi gaudia curis.
Nónne videtis, amor faciat quid patrius? istum;
Quem mercedis habet pretio; non format, agítque
Imperijs, non tot vitæ virtutibus ornat.
Sanguinis vt Natum proprij; quem multa monêre
Assiduò, magnáque animi reprehendere numquam
Cum curâ, cessat patriæ prudentia mentis.
Regis equûm domitor, pubes quem læta sequetur
Nobilium, pullos animis melioribus instat
Seruitio premere, ac manibus præbêre magistri
Morigeros; quem bella magis; Martísque labores
Censet ferre parem, videas huîc sæpius illum,
Impositum tergo, maiorem impendere curam,
Atque indignantis tristi fodere ilia ferro,
Socratis, ad riuos, doctis rationibus oris
Qui florem instituit iuuenum; quos nouit ad artes
Esse magis, docilíque alios præcellere sensu;
Hos plura excipere, ac mentis mage viribus vti,

Sæpe monet, sæpe eloquio recitare decenti;
Aut conferre pedem, paritéque in bella vocare;
Bella pijs bellandæ animis, & Apolline dextro.
Militiæ quem penes Imperium est, non quoslibet omnis
Ex numero dubios, ingentibus ingerit Ausis;
Sed quorum spectata fides, & Martia virtus;
Has tales animas, nunc primas scandere murum,
Quem iaculis aduersa cohors defensat & igni;
Nunc centum horribiles bombis consistere contra
Tormentorum acies, vbi vallum vrbísque ruinæ
Impleuêre viam, atque hostes se irrumpere certant;
Sæpe manu exiguâ, obsessæ succedere moli
Præcipit, accelerent, summis quam viribus hostis
Expugnaret paret, vel deditione pacisci.
Atque adeo à primis teneri vagitibus æui,
Suprcmos tumuli ad fletûs, vexamine nunquam
Afficere OMNIPOTENS patrij desistit amoris,
Quos habet Electos; plus ipsum vt nosse laborent;
Fastum animi vt premat ingentis; seséque precari,
Ac trahere eximis doceat suspiria fibris;
Pectoris vt chalybem limâ experiatur & igni;
Desidiam expergat, virtutúmque excitet ardorem;
Vt magis illîus magis optent præmia palmæ,
Quêis pretij res nulla paris contendere possit.
Qualis Apollineâ Medicus præstabilis arte,
Perspectísque ipsâ morborum ab origine caussis
Vsum addens animo, & longe fastidia curæ
Prudenter tolerans, homini languoribus ægro
Optima confieri, pro re, medicamina, fidus
Consiliat, victûsque tenet sub legibus ipsum;
Iam nec amabilibus miscet torquentia succis;
Consumtis interdum alijs, cauteria, rebus

Sub-

Subſtituens, aliquot ſalubri parat abdere membrum
Exitio, vt toti valeat depellere labem;
Tale etiam OMNIPOTENS *noſtræ per crimine mentis*
Conſilium capit: atque ipſis medicamina Sanctis
Fortia concinnat, cuiuſque vt poſtulat vſus;
Nunc, iubet, exſilium veniat, nunc triſtis egeſtas,
Nunc ignominię, nunc robur, lamina, tædę,
Carnificúmque artes aliæ: Lis anxia turbat,
Curarum ſacibus triſti ſub pectore fixis;
Nunc marc ſubruitur magnum, horribilíque minatur
Naufragio, immanes torquens ad carbaſa fluctûs;
Spes ſenij eripitur diſcrimine gnatus acerbo;
Delitium vitæ è medio vel tollitur vxor;
Sed quod habet pœnas DOMINI *manus vna tonantis,*
Altera fert totidem certa inſtrumenta ſalutis.

Qui procul à belli curis plùs ceſſat in vno
Conſuêſcitq; loco, generoſum in pectore miles
Diluit ardorem, ſolitáſque ad prælia vires;
Ferri aciem conſumit edax rubigo reposti;
Neglectam in riſco veſtem tineę interpungunt;
In pigris fœtet limoſa paludibus vnda,
Denique virtutis caſſa eſt, ſine vulnere virtus.

Porrò autem quę Mundus habet pulcherrima quęque
Ornamenta ſui, aterno ſunt percita motu;
Nónne etenim Flammæ, quíque eſt contrarius illis
Humor Aquę, aſſiduâ cum mobilitate feruntur?
Hæc valles ſequitur grauior, campóſque iacentes;
Diſſiliunt illę, propriæ lenitate caloris,
Æthera cognatum verſùs; reſonantibus Aer
Sibilat inuectus Boreis; Mens indiga Mentis,
Quę variam rationis iter diſcurrere neſcit;
Deſineret Polus, ardentis ſi machina Cęli,

Non verſet rapidos ſpatijs ingentibus orbes.
Qui ruit ad portas; aut ipſis prælia fecit
Mœnibus in ſummis, aduerſo vulnere leſus
Virtutis monſtrat ſpecimen; ne tactus, ab altis
Qui reſilit muris, de ſe, Ductoribus anſam
Præbet opinandi, fuerit quàm pallidus albo
Corda metu, vitæq́, manûs, ſpes vinxerit ambas.
Ergo Hominum generi, DEVS, vt proponeret ingens
Roboris exemplum ſolidi; uictriciáque, auro
Et ſemper-viridi decoraret tempora lauru,
Dulcium AMICORVM, domito qui fortiter hoſte,
Summa triumphalis meriti ſunt præmia palmæ;
Mille malorum acies, erumnæq́, agmina mille,
In ſortes illorum animos, in corpora mittit;
Plura, quàm (vt perhibent) nobis tormenta per omnem
Fatali Pandora manu diffuderit Orbem;
Huius ad arma tamen tanti certaminis illos
Ipſemet inſtituens, lamnis præcordia munit
Duplicibus, validis; vel victo vt corpore, victrix
Ipſas in clades animi-conſtantia creſcat.
Sed Mala non-vero memorans quæ nomine dixi,
Naturam fugêre Mali; nam ſola merentur
Dici Probra, Malum; quæ tot cunq; Altera rerum
Indelicta puto; proprij freta indole moris
Sola Bonum Virtus; Vitio & Virtute remotis,
Cætera ſunt mediæ, neutro ſub nomine, ſortis.
Quin age; ſi quid habes; Adamantem in pectore verum
Aggredere inuicto, atque omnem in certamina molem
Marte tuo Fortuna, mouê; non viribus vllis,
Non vigili comitata dolo, turbare tenacem
Propoſiti poſſis animum, non; deſuper ipſum
Si vel diuidus rueret compagibus Orbis.

Vir constans, par Oceani, tot littora cunctis
Pandentísq; sinûs; nec quot tamen omnibus vndas
Vndique comportent fluuij; mutabilis ille est:
Nempe etiam vt validi congesta cibaria virtus
Concoquere est stomachi, ac duros vi vincere missûs.
Æternùm ergo DEI *satagens Sapientia rerum*
Assiduè lucèt aduigilat, summóque patentem
Constituit Mundum arbitrio; tamen OMNE *diebus*
Bis-tribus immensum, certò nos credere par est,
Ipsîus nituisse manu, factóque creandi
Dêinde modo, REQVIESSE DEVM; *quod originis Auctor*
Posteritasq; omnis, sollemne QVIETIS *agendę*
Exemplum caperent, quotiens lux septima Cælo
Conspicuum lętis ferret Mortalibus omen.
Namque sciebat vti non æris, dextera, massam
Non Chalybis duri inuentum, ferríque rigorem,
Sumsit in effigiem nostri; sed lumina Mentis
In medico imposuit curti lateramine vasis,
Quod fragile, vt vitrum, est; liquidâ quod mollius undâ
Tum, magis Humani celerat nil funeris horam,
Quàm semper neruos animorum, & brachia tendi.
Quas annis cessare aliquot patiere nouales
Triticeam in messem, grauibus flauescere spicis
Huberiùs, cernes, sulcis cùm semina rursus,
Pręgnantíque voles lucri-spem credere Terrę.
Quod tenuêre suis priùs emissaria flumen
Obicibus, iam reclusum magnam ociùs vndam
Incitat, & vacuum exonerans se voluit in alueum.
Quem corytus habet, neruo laxante, remissum,
Pòst uix iam paribus tendas si viribus arcum,
Altiùs in plagam iaculabilis ibit arundo.
Emicat ante alios sumptis animosior armis,

Defessо miles cepit qui corpore somnum;
Haud secus Hebdomadis Lux si dedit vna quietem
Corporebuic nostro, redit integritas, redit omnis
Ingenio neruíque vigor; noua manè voluptas
Inȳcitur repetendi operis; manus occupat artem.
Illa sed huc redeunt sanctę præcepta QVIETIS,
Cedat auaritię nostris vt cordibus ardor;
Assiduíque vices intermittente laboris
Corpore, diuinos animus meditetur honores;
Vt nostro omnipotens operari in pectore NVMEN
Summissi patiamur; eî se prębeat vsus;
Necnon vt vitę domitum Mortalis Amorem
Mens pedibus premat; & captiuum in vincula, curis
Alterius dedat Vitę; qui scilicet arcû
Destinat aduerso connitens aggere telum
Figere sub medio, ex oculis sibi comprimit vnum.
Non equidem vt molles ineant proscenia Ludi;
Pignoráque, æquales inter, deposta per vrbem,
Laudibus irritent animos; vt prępeteriſu
In nemorum lustris, vel gesticulante choreâ,
Virginibus misti Iuuenes, Ithyphallica ludant
Carmina, lasciui; vel voltibus, ora, cauatis
Dissimulent, vitreis iniecti membra theristris.
Hunc Festum DEVS esse diem, clausúmque laborî
Instituit; non sermones vt cædere vanos;
Atque voluptatum liceat languêre pudendis
Delicijs, aut bacchantem capere orgia thyrsis;
Aut agere infames tecto vix caule Lupercos:
Non item vt illudens pręstringat lumina splendor;
Non alios orare deos, non ritibus, vt sit,
Sacra docêre nouis; turgens quos Gloria fastu
Condidit HYMANO; & longè compendia fugit.

Quæ

Quà tulit innocuos princeps Ecclesia gressûs:
Hac vult Luce DEVS, *deuotis certa locorum*
Cœtibus impleri, quò sanctum NOMINIS *eius*
Nosse metum, verèque illud doceamur amare;
Tali in Conuentu, sapientis ab ore Ministri
Mel quasi DIVINVM, *ac Mannę tibi Cœlitis imbrem*
Defluere, & penito dulcem velut osse medullam
SACRÆ SCRIPTVRÆ *educi iubet, inq; palatum*
Instillare Animi; digito quasi tangere sensus
Numinis arcanos, quondam quos mystica Vatum
Rica tegit, varijsq; ligat, ceu tænia, nodis:
Lex hęc vera DEI *est.* GEMINI *nam lectio quamuis*
NOS TESTAMENTI *Cęlestibus afficit auris*
Priuatim quę suscipitur; tamen ora diserti
Viuida Pastoris stimulos sub pectore vertunt
Longè alios, & nostrę ineunt penetralia Mentis.
Illo hominum in Cœtu, tanquam certamine facto,
Cum Cęli modulante Choro, Functisque beatis,
Nos vult clara suę prędonia ducere laudis;
Pro, quod debemus fidei, ratione, bonisq;
Eius in Imperio latè quę magna tenemus,
Et quorum commissa manet Fiducia nobis;
Precipit, ex CHRISTI *meritis de poscere pacem,*
Inq; clientelam nos, ILLIVS, *omnia ferre.*
Hic clausis etenim thesauros claubus abdit
Quà fortunarum, quà animi, quà corporis omnes.
OTIA *quę canimus sollemnis festa* DIEI,
Venturę, voluit, signarent, otia Vitę
Vera, beata; etenim externas Legalia tantùm
Adspiciunt rerum species; Illa altera Mentem
Et Corpus ponunt ÆTERNÆ *in vota* QVIETIS;
Ista, diurna fluunt; ast Illa perennibus Æui

Gaudia

Gaudia curriculis æqualia perdurabunt.
Sunt istis Vmbræ comites; Vera omnia in Illis;
Istis curarum nebulę, crebriq; tumultûs,
Et nigris vitiat tempestas lumina nimbis;
Ollis Phœbeâ ridet frons lætior aurâ,
Mollior & plumis Zephyri; nec tristior vnquam
Attigerit ventus, vel suspitione, timoris.
Hæc Septem-gemina Septennia LIBERTATIS;
Quæ quidem inæquali hoc numero PERFECTIO *rerum est*
SACRO-SANCTA DIES; *Æternæ festa Quietis*
Sabbata; quæ, puro lustratus sanguine CHRISTI,
Cum sanctis confido breui celebrare Prophetis;
Inter Apostolicos Animos, & Martyras inter,
Pectore qui inuicto domuêre Tyrannidis ignes.
OMNIPOTENS *Animum vult hac sibi luce vacantem*
Humanas extra curas, in formæ Cæli
Astrifero, Pelagique vndis, Terræq; tapetis,
Aerijsque auris, quæ prouidet omnia, MENTEM
Perlegere, & summo Pollentis robore NVMEN
Perfectéque Boni; totidem, quò tanta, Magistri
Sint opera Indoctis; qui de Cælestibus illos
Erudiant, rerúmque ipsis Doctoribus æquent.
Heîc, age-sis, mecum assideas; hæc talia mecum,
Lector, inexculti repetas rationibus oris;
Omnia, quę subeunt oculis passim obuia nostris,
Heîc contemplemur; mutis Doctoribus Illis
Aures præstemus vacuas, Illúdque Volumen,
Quod luces pariter, cunctásque adapertile noctes,
Viuere nos in amore docet virtutis, & æqui,
Pergamus legere, atque omni cognoscere curâ;
Nil summi abullis Cæli stellantibus vsque,
Imum ad Neptuni pelagus, Terręq; profunctum,

Inueniat, tam sit minimum, quod non vel inertes
Expergat nouitate Animos, visumq; moretur.
Illos nónne vides, Errantum nomine falso,
Fatidicos Ignes? quorum hic loca dextera Cæli
Arduus, inuehitur, curru volat ille sinistro,
Diuersiq; abeunt omnes; tamen impetus horum
Perpetuus, primi sequitur vestigia Motûs
Illius ingentis; summo qui fornice Mundum
Vndique complexus, rerum superimminet Orbi.
Hoc nos scire volunt, quamuis malè nostra voluntas
Obuia Preceptis, per se, Cælestibus erret;
Mens tamen hæc Animi, remis atque incita velis,
Debeat vt PRIMÆ *Ius imperitantia* MENTIS
Iussa sequi, et vitæ, ex illis, componere mores.
Heu vanos nimiùm, et venti nos flamine plenos!
Pulchra quod in toto species fœtus corpore vernat,
Ingenióque vigor fluit huberiore perennis;
Nostro ideo immani vt tumeant præcordia fastu!
Quin Phœbi, aspicimus, Phœben, de lampade lucem
Vt capiat, nitidúmque oris totîus honorem,
Et leuis ingentes Animi summittimus alas?
Haud etenim, quam Luna minùs donamur ab illo,
Cæli altos qui precipitis dominatur in Orbes.
Iámne per alternos descendimus ordine tractûs
Hinc vsqué ad terras? En illum fornicis ignem
Ætherij, spatio inferior qui cingit Olympum;
Vt leuis! vt liquidus! Sed quem nos cudimus istic,
Quàm grauis, et fumo est, densíque uaporibus ater!
Sic Animus nitidis donec commercia nostri
Sedibus exercet Superûm; fugit impius error,
Impuræque pigro decedunt pectore labes:
Atq; adeo absorpta vitijs licèt incola Mundi,
Viuere Cælestem patiens sine crimine vitam:

At Mentem, istîus limo si vallis inhæret,
(Hæc vbi luctamur variè, et vestigia nisu
Vix magno extrahimus, cœno nimis alta tenaci)
Pestilitas squallente situ, putríque veneno
Inficiet miseram, & letali mergęt in vndâ.
Si fortuna odijs asperrima sæuit iniquis,
Preliáque ingeminat bellans noctesq; diésque;
Sis memor assiduo turbet nî flamine ventus
Æquoris Aerij nigras per Inania nubes,
Corrumpi Cælum, et virus defundere Terris.
Quod Mare nonnumquam tumidi se findit ad imos
Oceani fontes, atque æstu inuertit arenas;
Nunc montes struit vndarum, spumamq; per altum
Porricit illisam, et rorantia verberat Astra;
Non tamen, OMNIPOTENS olli quę littora fixit,
Aggeribus septa æternis, trammittere posset;
Fert monitûs ac iussa tibi, ne sęuior Aulę
Tempestas, Regúmque minę; ne dissona Mundi
Murmura turbantis; ne te male feruidus vrat
Ardor apiscendi, Mortales inter, honoris;
Ne flabra inuidię, atque auri implacata Charybdis,
Demoueant latum DIVINIS Legibus vnguem.
Tempore quæ Tellus haud vllo tota mouętur,
Nulla licèt tanti fundamina ceperit Orbis,
Quàm de Corporibus quæ sunt liquidissima Trimis,
Nobis dat Specimen grauitate immobilis istâ,
Esse illi qualem deceat, qui Regia terrę
Sceptra tenet, genus imperitans Animalibus omne.
Quæ te autem, genitrix, dixi, præclara monêre,
Viuendúmque HOMINI morem dare? singula rerum,
Singula, quas gremio, quantas es, complecteris, vnam
Omnibus inculcant Virtutem; plurima suadent,

Viribus vt præstans; atque is, cui carmine docto
Vena fluit, quem nascentem Cyllenius astri
Mollibus afflauit radijs; vt sanguinis alti
Notus Imaginibus; vt Dis, summittere sese
Deberent; iste, ut plebeius; alter, vt expers
Roboris; ille alius diues, sit pauperis instar;
Nec magis Indocto, ingenij sese efferat Ingens;
Vndantes ètenim adspiciant flauo agmine messes,
Grandibus et spicis grauidas; nónne optima quæque
Granorúmque satu plenissima, vertice nutat
Cernua demisso? qua contrà est seminis exors,
Altiùs Aerias elatum tendit ad auras
Frugis inane caput, sterilésque ostentat aristas.
Si quam fortè malus curis furialibus ignis
A Puero iniectus volucri, secretiùs vrit,
Acriáque illiciti pungunt calcaria luxûs,
Vt propèiam titubet pudor; & peccare iugalis
Sancta fides lecti, facibus stimuletur iniquis;
Huîc saltem iniũciat confessum Palma ruborem,
Quæ fructûs pariat nunquam nisi iuncta marito.
Tu, quem laudis amor, pretiúmque irritat honoris,
Curriculo tamen in medio languentia ducis
Pectora, propositi fractus grauitate laboris;
Cinnama ressicias horrentibus obsitat hamnis
Vndique, & hamatis vepribus; ne germinis esset
Tam rari, tam fragrantis, via mollis, habendi,
Obstruxit Natura loco; pugnantiáque alti
Hinc atque hinc aditûs spinis vallauit & vncis
Mœnia; ne quisquam digitos insereret inultus;
Scilicet egregijs quidquid præcellere rebus
Natum alijs, magno ingenij venale labore est,
Difficilíque animas conatu excludit inertes.

Nunc

Num flauo Clytien in Apolline ſuſpirantem,
Vertentémque oculos, quo ſe cunque incitat ille,
Aſpicis, & non vt ſubeat ſententia menti,
IVSTITIÆ SOLEM, Ætheriâ dum veſceris aurâ,
Vſque ſequi; donec propiùs fas iungere greſſum?
Nec minùs eruditi clauſo quæ condita ſeruat
Terra ſinu; nam cærulei velut arida ſaxi
Filia, Calx inſultat aquis, ebullit, anhelat,
Et ſe diſtendit crepitu, fumantiáque omni
Nubila parte vomens, ſopitum ſuſcitat ignem,
Qui grauis in toſto dormibat corpore ſaxi;
Haud aliter Miles, ſequitur qui bellica CHRISTI
Signa Ducis, patiénſque SACRI *ſe Flaminis aura*
Dedere, & Imperio; tædas cruciaminis inter,
Pectoris expergit robur, quod tempore læto
Stertere, & oblitis viſum tercre otia rebus.
Non ſecus atque Adamas & ferro inuictus, et igne,
Chriſtiadę haud ficti, furioſos Principis enſes,
Et fera contemnent ſæuis incendia flammis,
Horrendi quamuis requies ſit nulla doloris.
Sin nimijs Mentem tentans rigor ictibus inſtet,
Deturbare gradu vt valeat, tu plectilis Auri
Reſpice conſtantes animos; nam malleus illud
Extenuare quidem, ſed vix diuellere poſſit.
Atque idem in ardenti coctum bis térue cameno,
Per fumos fæcem exhalat, vel margine fuluâ
Paullatim exſtrudit, nil decreſcente prioris
Materiâ maſſæ; vis ſolam eſt ignea ſordem.
Gemma colorato nomen Iunonis ab Arcu,
Et ſpeciem auricomi ducens de lampade Solis;
Quos hauſit radios, variæ velut Iridis arcum
Parietibus figit, mutabilitate colorum,

Iucundi prębens oculis ſpectacula viſûs:
Et cui nociduum fulgeſcit ab Æthere lumen
Per taciti penetrale ſinûs; alluceat ignem,
Hoc vitę in curſu, reliquis; nec debita ſorti
Fœnora defodiantur humo, ſed creſcere noctu
Poſſint atque diu; ferat vt centeſima lucrum
Vnâquáque horâ, capiatque Eccleſia fructûs.
Ac veluti ferrum, affricuit cuî corpore Magnes,
Reſpicit ad Septem, verſans ſe ſponte, Triones;
Haud ſecus occulto tetigit quam numine mentem
Vera FIDES, *nullo illuſtres non tempore flammas*
Illius intuitur, qui verticis aſtra ſupremi
Aſſiduè præſtat, Mundiq́; per æquora curſûs
Dirigit HVMANOS, *ac tuto in littore ſiſtit.*
Et ſunt iſta quidem Virtuti exempla monendę,
Pungentéſque imo ſtimulos ſub pectore linquunt;
Sed quos ingenijs taxant Animalia muris,
Fortiùs impellunt animos, et viribus implent.
Huc Princeps igitur, mentémque aduertite, Ciues,
Mellificæ intenti magna ad ſpectacula gentis,
Quæ uiolam, viridíſque thymum populatur Hymetti;
Hæc illa eſt, quæ viuendi præcepta Clientem,
Morigeróſque docet mores; eadémque hęc illa eſt,
Principibus quę magnanimis nulla arma relinquit;
Arma; quibus propriam vexet truculentia plebem.
Scripſit in ingratos ſanctam qui ſanguine legem,
Inq́; ærea inciſa Arſacidas aſſueſcere iuſſit;
Nonne illum Accipitris videas meminiſſe magiſtri
Ingenium, fouit calidus cuî pectora paſſer?
Iſte etenim hoc poſtquam officij percepit, in auras
Protenus emittit trepidum, ac velociùs ipſe
Diuerſum procurrit iter, ne tempore quoquam

In bene promeritum imprudens deſeuiat vnguis.
Vos, patrius quâs ardet amor læto ordine natos
Cernere felices, rectis qui moribus olim
Egregiè caſti fortunent tempora longę
Veſtra ſenectutis; floret dum mollius annum,
Virtutis monſtrate viam, monſtrate laboris,
Exemplo, monitis grauibus, rigidóque pudore;
Flammiferi qualis vector ſe fulminis Ales
Fert volitans nido propiùs; facilésque pauentem
Erudit adniſus ſobolem; rî propria gentis,
Tempore nec longo, virtus exempla ſequatur,
Corporaq; immittant ventis, et nubila tentent;
Deſerit impaſtos; paucis ſtimulante diebus
Donec amore dapis, properent ſe credere cælo;
Deniq; ſegnitiem impactis euerberat alis,
Aut roſtri ſtimulo, aut duri contagibus vnguis.
Sed quę fata virûm celeri correpta veneno
Præcipere, aut thalami audetis reſcindere nodos
Carminibus ſacris; an non trepidantia claros
Pectora dant gemitûs, tędiſq; ardentibus ignem
Tiſiphone menti inglomeret; cùm turturis vſquam,
Turturis occurrit, fidei vt conſtantis imago?
Nam viduata ſuo, decurſis quidquid in annis
Dulce fuit, primi eternùm conſeruat amoris;
Nec Veneris fructûs alios nec gaudia poſcit;
Erachia ſed quercûs inter, ſolatia męrens
Morte viri delapſa, gemit functóſque Hymenęos.
Præcipitis linguæ qui libertate ruinam
Quà vitæ, quà ſępe rei, quà nominis vrges,
Futilis eluviem admonitus compeſce labelli.
Aſpice, quę Taurum ſoleant ſuperare volantes,
Ora vt preſtringunt ſumptis ſibi garrula ſaxis;

Te prædabundus Boreę ſub flatibus ales
Mollia ſentiſcat properantem ad littora turbam.
Non ipſas proprijs matres educere mammis,
Quam ſint enixę ſobolem! crudelia ſexûs
Spectora feminci ſaltem compluria gentis
emina ſquammigerę aſpiciant; ſi noxia fortè
Oceani è luſtris ſectetur bellua natos;
Non Lucinam iterum perferre, iterúmque, recuſant,
Vt tutos vtero exceptos mox edere poßint.
Ah cur non animo in viuos, non corporeq; ipſo
Officium colimus? cur non in morte caducos
Funera Mens-noſtra eſt, ipſiſque, ex ceſpite ſaltem,
Agreſtem aggerimus tumulum? non cernere bello
Pro conſanguineis, ſiqua iîs iniuria fiat;
Hiſtorię Delphina ferunt, iam lumine caſſos,
Marmore ſub liquido, ſepelire, ac pulueris vdi
Contrahere ingentem cumulum, et ſtipare premendo.
Nati, ſpem ſuperà, quos Numinis aura benigni
Muneribus cumulauit opum, cumulauit honoris;
Veſtrorum ne vos capiant obliuia patrum;
Alipedis Capręę pietatem cernite, Nati,
Humanóſque feræ mores; dum montibus altis
Inſternit tremulos ætas longæua parentes,
Compedibúſque ligat ſenij; virgulta tenellis
Mollia germinibus ſpoliat, magnáque, cubantes,
Cum curâ paſcit; gelidi mox vitrea fontis
Flumina delibans, laticem ſitientibus affert;
Oraq; diductis ſtillans in hiantia labris,
Ore gerit, quo materni bibit vbera lactis:
Nec flos ingenij, & nullâ ſuperabile cuîquam
Mente decus; laus Nicomachi victura parentis;
Nec, linguę ob veneres, bene qui Muſa-attica priſcis

Dictus

Dictus erat, poßit, meliùs Commune docêre
Ius thalami, cui ámque domûs; quàm culmine noſtro
Pendula, ſollertem quæ fingit Aranea telam:
Mas etenim aßiduis penori venatibus eſcam
Sufficit; interior muliebribus abdita penſis
Tractat opus, tenuíque mouet ſe fœmina textu,
Eq; colo veluti, carpit de pectore lanam;
Vt calathiſcus, ci cuſtodit vellera venter
Stannea; fuſi inſtar, libratum pondere corpus
Fila trahit, teretíque agitans ceu pollice torquet;
Prima autem in circos digitis ſubtemina doctis
Extenuat, partes æquè ſubtilia in omnes;
A puncto telam orditur, perq; intima flexis
Ordinibus, graditur ſpatio creſcente per orbes,
Tótius ad texti complexum; rurſus ab imo
Recta in ſupremos ſubducit ſtamina tractûs,
Vt ſe inter certo maculę diſcrimine, diſtent,
Sibiláque his meliús petulantis murmura venti,
Cedendo vincant; iſtis quoque ſtulta prehendi
Poßit muſca plagis; ſed enim vix retis ad oras
Iſta fremit, quin iam præceps vel Araneus ipſum
Textilis aulæi in medium; pedicíſque volucrem
Implicitam, capta vxori fert pabula lætus.
Aſpera magnanimi audetis qui prælia Reges,
Parcite pacatis, & debellate rebelles;
Nónne etenim afflictis iratos abſtinet vngues,
Horribilíque Leo fertur violentiâ in hoſtes,
Se belli irrumpens aciem; lætantiáque Auſis
Pectora inoblitus, mortes per mille vagatur?
I piger, occultos Formicæ inquire penates;
Silueſtremq; domum, prudens vbi degit Echinus;
Hic quot, in autumno, natiuâ cuſpide fœtûs

Fixerit

Fixerit arboreos; nitidis, quę, solibus, illa,
Vectarit frumenta cauo, quem farris acerum
Condiderit; clausi metuentes frigoris ambo;
Hic sibi; germanis Illa in Commune reponit.
At nostra, vt video, minimùm mens discrepat illis,
Æquori qui currunt alium inclinata sub axem,
Et prorsum ignotis quæri debentia Stellis,
Extremos Nili in fontes; ad Bandanidúmque
Littora, & occiduo Peruuos Sole calentes,
Tura petituri, atque animâ venale metallum;
Cùm tamen à patrijs nusquam discedere terris,
Commoditas cogat rerum, satis istáque nostri
Sidera suppeditent cæli, bene-viuere nobis;
Res mitto externas, nostri hęc suauissima nostri
Corporis harmonia, & pulchri decor aureus oris,
Mille homini documenta ferunt.
Tu, qui ius alijs sellâ sublimis ab altâ
Constituis, sancti vioIes, caue, iura pudoris;
Tu, quem dîa suo CHRISTVS dare pabula iussit,
Ambrosióque GREGI; fontes fuge, noxia pastu;
Et præbêre malum, salubri pro flumine, viris;
Tu quoque belligeri tractatus qui munera Martis,
Præditus Imperio; vigilis cole munia dextrę,
Et disciplinam armorum; ne lubrica lapsu,
In partes manent contagia corporis omnes;
Nam, Capite inualido, Membris est omnibus ęgrè.
Consilijs bellum leuibus ne sumite Reges,
Nec communem, odijs, vrbem conuellite, vestris;
Rem binis oculis vt non nisi figimus vnam,
Sic vos vnîus pia cernite fœdera Pacis.
Iugera qui noctes inaras aliena, diésque,
Cum studio; tamen exilis vix parnula lucri

Par-

Pars tibi vt obueniat; qui mandunt corporis escam,
Cerne laboriferos, in non sua prandia, Dentes;
Et tenui vnde ipsis pretium nutrimine cedit.
COR veluti æterno salit insedabile motu,
Noctes, atque dies, per spiramenta caloris,
Vitalesq; vias, qua sursum, quaq; deorsum,
Germanis, animę noua semper robora mittit;
Sic, quemcumq; sui curę prefecit Ouilis
OMNIPOTENS, decet assiduo superesse labori,
Sollicitum, vigilem; castis vt moribus, auram,
Aspiretq; pijs docti sermonibus oris,
Quâ permulsa DEI totis Ecclesia venis,
Singula participet viui sua membra vigoris.
Insuper his, Stomachus veluti superantia succis
Separat Excrementa bonis, diuersaq; trudit;
Sic Falsis ritè eiectis, condendere Verum,
Hæresibusq; FIDEM, vt Lolio secludere Fruges,
Pastorem decet ingenuum, Vitijsq; repulsis,
Vilibus vt Retrimentis, consistere Vitam.
Volnera si fulgens nec-opina minabitur ensis,
Seu iugulum, seu crura petens; Manus occupat ictum;
Intrepideq; timens, defendit fratribus iram,
Quæ furit insanum ferro exercêre dolorem;
Se patitur lędi potiùs; nos ergo, per istos
Sacrilegi Martis strepitûs, capitaliaq; arma,
(Sanguine quę terras, quę Cęlum questibus implent,)
Non conferre manu auxilij certamen Amicis!
Sed vero dixi quid Amicis? fratribus immo
Plusquam germanis, FIDEI propagine, nostris?
Haud equidem video Sapiens, quid imaginis vsquàm
Conspiciat magę perfectum, quàm corporis huius
Harmoniam; bene-descriptę quò publica monstret

Iura

Iura Rei meliùs, tumido liberrima motu;
Et sine dissidio innocuam seruantia pacem:
Nam si vel minimo membrum fors vulneris icta
Perstrictum fuerit; reliqui Res corporis Omnis
Accepti venit in partem, sensúmque doloris:
Nunquid odorari non pes? non currere Nasus;
Non Cerebrum pugnare; Manus non voluere Mentis
Sensa studet nostrę; non seditionibus vllis
Pacati Commune statûs Confusio turbet;
Illorum cuiusque suum per singula sese
Robur agit, Cælóque datum sibi, conficit orbem
Officij, quo hic cunque gradu tollatur honoris,
Vel quò depressus, vilem famuletur in vsum.
Quod supereſt; num Dędaleam compaginis artem
Nostrî huius, tam quêis intrà, quàm fulgeat extrà
Luminibus rerum, recinet meus ordine Phœbus?
Vix tamen est quidquam, prater fastidia, carmen
Plùs semel auditum, quali modulamine, quali
Docta repręsentet liquidæ facundia vocis.
Huc ergo huc, Musę, intremus; nauim anchora fundet;
Traiectúmque istâ religemus margine funem;
En (dulces Animę) nobis hîc omnia rident;
Hîc venti æternę iurarunt fœdera pacis;
Atque etiam huc longus satis est, per Sabbata, cursus.

Soli Deo sit gloria.

